

R. N. 361, 30.

II m  
694

PHILOLOGICO-HISTORICUM  
SCHEDIASMA  
De  
BRUMA,

Vom  
Luzien = Tage /

QVOD  
Locò Disputationis Serotinæ olim LIPSIÆ  
habuit,

ANNO & DIE  
Tre - DeCIMò SoLstItII,  
<sup>seu</sup>  
SoLstItII DeCeMbrIs.

M. JOHAN. PRÆTORIUS,  
P. L. C.

---

ANNO clò lbc LXVII.



9



Proximè, bonò cum DEO, sequetur alius Tractatus exoptatissimus, Geographico-Historico-Physicus,

**ELEVATIONIS POLARIS USUS  
CENTUPLEX,**

cum refutatione Jesuitæ, quoad Poli mutabilitatem; dilucidans  
Omnia Theocratia seu mirabilia opera Numinis.


*Item:*

**SUPPLANTATIO BARBAROSSÆ  
à ROLANDO.**

Opusculum omnia propemodùm complectens, quæ hætenus pro  
& contra sparsim scripta sunt de hâc materiâ: cum destru-  
ctione negantium ex Historicis & arcanis  
principiis.

*Item:*

**Storchs und Schwalben Winter-Quartier.**  
Commentar, ad Jer. 8. v. 7.



## Cum D E O, & D I E!

### I. PHILOLOGICA.

**S**ynonymia. Poterit dies hodiernus BRU-  
MALIS nominari & describi seq. modò:

**A**utumni terminus.

**B**ruma. Macrobius, p. 218. l. 1. Saturn. c. 16. Cic. l. 2. de Nat. Deor.

**C**apricorni, pruinarum hybernarum primitiæ. Apulej. ut est ap.  
Textor. in Epith. pag. 145.

**D**ecembris decim<sup>o</sup> terti<sup>o</sup> dies. Schönborn. p. 52. b. comput. Astr.

**E**xordium Hyemis. Cöler. pag. 108. Oecon. Macrobius. l. 7. Som.  
Scip. c. 7.

**F**inis Solstitii Æstivi.

**G**ratiosissimus Natalis JESU CHRISTI. Kepl. p. m. 853. l. 5. Astr. Epit.

**H**yberna s. hyemalis Conversio. Kepl. pag. 163. l. 1. Epit. Astr. Me-  
lanch. ad Hes. l. 2. ἐργ. v. 97. p. 34.

**I**ndus Decembris. Frischlin. pag. m. 93. lib. 2. Astronomiæ.

**K**ürzester Tag. Frischlin. p. m. 9. cap. 5. Nomenclat.

**L**ucia. Cahlenus pag. 24. ad Eclog. Virgil.

**M**edium Halcyonidum. Dress. p. 231. de Fest. diebus.

**N**octem habens longissimam. Cahl. p. m. 24. ad Ecl. Virg. & qui-  
dem suam præcedentem. Corn. Tacit. de morib. Germ.  
c. 5. Alex. ab Alex. p. 271. b. l. 4. c. 20. vid. Gorop. Becan.

**O**ttilia Lucia.

**P**orta Solis hyberna. Ludovicus Bonacil. de foetus form. p. 103. &  
Text. in Epith. p. m. 145.

**Q**virum Magistratuū auspiciū. Alex. ab Alex. p. 169. l. 3. Gen. d.

**R**omani anni aliquando initium. Melanch. p. 97. l. 1. Phys. Beuth,  
p. 84. l. 2. Fastor.

**S**olis accessus. Cic. l. 2. N. D. apud Dres. in de Fest. dieb. p. m. 229.

Τροπή χειμερινή. Garthius p. m. 83. Lexici Græci.  
V isitatoris Bacchi festum. Beuth. p. m. 85. l. 2. Fastorum.  
W interliche Sonnenkehr. Cölerus p. m. 108. Oeconom.  
Z wölfften Monats dreyzehender Tag.

Thes. 2. *Qvi Brumalem hunc diem* (Cic. sæpissimè. Camer. p. m. 445. cent. 1. success. hora. c. 95. &c.) nominant Solstitium hyemale, σολοικίζουσιν. Scalig. p. m. 292. Exercit. 78. Michael Barthius p. m. 262. ad Ecl. 7. Virg. Becm. p. m. 232. Origg. L. L. Nicod. Frischlin. p. m. 90. Astron. lib. 2. Cic. lib. 2. p. m. 143. Nat. Deorum &c. Schönborn. p. m. 110. de IV. Anni temporibus.

Th. 3. Virgilius verò dicens *Solstitia*, non peccavit in Latinitatem Mich. Barthius p. m. 262. ad Ecl. 2. Virg.

Thes. 4. Nihil tamen prohibet, quò minùs κατ' ἀναλογίαν, & vi Etymologicà vocis illum quoque dicamus cum Astronomis *Solstitium* seu ἡλιοστασίαν. Gloss. Becm. p. 716. de LL. Origg.

Ex 9. 1. Non tamen quòd Sol planè consistat, ut factum tempore Josuz. vid. Qvistorp. p. 232. ad Jos. cap. X. v. 12. &c. Winshem. p. 143. part. 3. Sphær.

Ex 9. 2. Sed quòd vel *primò* ad dodecatemorion decimum, s. quartum centrum (Kepl. p. 163. Epit. Astron.) seu cardinale punctum, (Kepl. p. 318. l. 3. Epit. Astron.) seu principium (Kepl. p. 163. l. 1. Astron.) *primum*ve punctum (contra Plinium, qui lib. 18. c. 25. Brumam refert ad VIII. partem Capricorni. vid. Bersm. p. m. 676. in l. 1. Georg. Virg. &c.) seu partem (Bersm. p. m. 67. b. in lib. 5. Georg. Virg.) Capricorni perveniens, sistat quasi & secum meditetur, quorsum ulterius velit pergere, statim tamen, [conversiones enim in momentò fiunt. Kepl. p. m. 163. l. 1. Epit. Astron.] concludat, se velle seu potiùs debere repetere priorem viam, [Becm. p. m. 716. de L. L. Origg.] cursumq; obliquum aliquantulum cohæcere [Schönborn. p. 110. de IV. anni temporibus.]

Ex 9. 3. Vel quòd *secundò* desinat magis adhuc in posterum abbreviare dies.

Ex 9. 4. Vel quòd *tertiò* perveniens ad litem hunc Australem seu confinium Tropici hyberni, punctumq; Eclipticæ humillimum [Kepl. p. m. 319. lib. 3. Epit. Astron.] cursum suum inhibeat, & consistat, nec propiùs ad nos accedat, [Rudolph, Snell. in Sphær.

Sphær. Cornel. Valer. p. 67.] vel ulteriùs in meridiem, seu ultra Capricorn. deorsum progrediatur; [Macrob. p. m. 105, lib. 2. in-  
somnia. Scip. cap. 7.] sed conversò cursu ab inferiori Hemispherio se  
recipiat in Aquilonem, vel ab Austrò ad Septentrionem altiùs ad  
nostrum Horizontem [Matth. Dress. p. 229. de Fest. dieb.] post-  
liminiò sensim redeat, more & indole *Capricorni*, qui pascens vel  
(1) ad montes & parietes se erigere solet: [Blebel. p. m. 28. l. 2.  
Sphær. Snell, in Sphær. Cornel. p. 70.] vel (2) ab imis partibus  
prominentium scopulorum alta depascit. [Macrob. l. 1. Saturn.  
c. 16, lib. 1.]

Exf. 5. Vel denique *quartò*, quia Sol commorans tam in  
Solstitiò æstivò, & altò, quàm in Hyberno & humili, (Kepl. m. p.  
163. lib. 1. Epit. Astron.) tam tardè procedit, ut non facilè ejus vel  
(ut illic) Declinatio, vel (ut heic) ascensio inter oëiduum (Dress.  
p. m. 229. de Fest. diebus) animadverti possit. Illaqve in fine cir-  
ca diem Solstitialem; hæc verò initiò circa Brumalem. (Kepl. p. m.  
706. lib. 6. Epit. Astron. Schönborn. p. 110. lib. 6. de anni IV. tem-  
poribus. Theodor. Winshem. pag. 143. part. 3. Sphær.)

Thes. 5. Quia *diecula*, non tantùm denotat brevem tem-  
poris moram, & exiguam aliquam durationem, ut Ter. Andr. act.  
4. Scen. 1. v. 27. sed & significat *Diem*, qualis est Brumalis (nostra).  
Ergò etiam *dies* non tantùm est mascul. generis, si pro 24. horis su-  
mitur; & *femininum*, si pro tempore, R. Goclen. pag. m. 120. l. 2.  
probl. Gramm. c. LXIII.

Thes. 9. *Bruma* non derivatur ex abbrevitâ Notariorum  
seu tachygraphorum amanuensium *brssma*, i. e. brevissima.

Neque (2) ἀπὸ τῆς βραχέως ἡμέρας, ut vult Melancht. p. m.  
34. ad lib. 2. Epy. & ἡμ. Hesiodi.

Neque (3) ἀ βραχὺ ἡμαρ, ut volunt Herm. Figul. in Horat. l. 2.  
Carm. Od. 6. Macrob. l. 1. Saturn. c. 16. p. m. 218. Dresser. p. m.  
229. de fest. dieb. Schönborn. p. m. 110. de IV. anni temporibus.

Sed (4) ἀ βραχὺ ἡμα, ut voluerunt Mich. Barth. p. m. 262. ad  
Ecl. 7. Virg. ex Scalig. & Becman. p. 233. Origg. L L.

Vel potius (5), si quis meam imitari velit conjecturam, arbitror  
*Brumam* derivari ἀ βρῶμα: eò enim inclinare videtur Scaliger p.  
m. 292. Exerc. 78. verba ejus sunt: Quâ tempestate, (loquitur de

Brumâ) solutô ac geniali victu moras noctis fallebant, aut etiam, gratas efficiebant, &c. accedit proverbialis locutio: *Hyemalis refectio*, cujus explicationem, huc pertinentem, lege fis p. m. 1149. lib. 30. c. 3. Lect. antiq. Rhodigin. Deinde & festum illud Bacchi, *Brumalia*, alias quoque *Bruma* dictum (ut habet p. m. 265. Bersman. ad Ovid. Fast. in de re Rusticâ) hinc descendere autumo: quia utrumque concurrat in eodem tempor. Rhodig. p. 1050. lib. 27. c. 24. Denique & Bacchum non tam *Brumum* dictum esse existimo ex *Bromio*, ut vult Meusius in Gloss. sed itidem ex Græcô hoc βρωμα: vel ex nostrâ *Brumâ*.

Ex 7. 2. Nomen *Lucie*, quô etiam *Brumam* nostram cognominari vidimus, videtur illi (ni priscorum Etymologiam amplecti velimus monachorum, quæ est, quasi *Lucis via*, vid. Calend. Papisticum ex Lombard, collectum à Smidiô) κατ' ἀντίφρασιν convenire, quum potius Solstitiali æstivo competat.

#### HOMONYMIA.

Thef. 7. Quando cæteri planetæ puncta suæ maximæ humilitatis seu *δεινεία* attigerunt, non minus dici possunt ἀναλογικῶς fecisse *Brumas*, Cic. p. m. 143. l. 2. de Nat. Deorum, seu editionis Sturmii, p. m. 36. a. ibidemque Xyst. Betulei. p. m. 155. ad h. l.

Ex 7. 2. Significat quoque *Bruma* edacitatem: ex Græc. βρωμα. Isidor. l. 5. c. 38. Unde & *Inbrumati*, quibus est fastidium ciborum. Becm. p. m. 233. Lat. Ling. Origg.

Ex 7. 3. Festum Bacchi, aliàs nominatum *Brumalia*, dicitur quoque *Bruma*.

Ex 7. 4. Ebr. בְּרוֹמָה significat vestem pretiosam & honoratam. Buxtorff. p. m. 91. Lexic. Ebr.

#### 2. RHETORICA.

Thef. 8. Apud Poëtas ferè semper *Bruma* sumitur pro *Hyeme*: exempla vide apud Weinrich. p. m. 730. Ærar. Poët. Ravis. Textor. p. m. 146. Epithet. & Parnass. Poët. Frequenter etiam pro totô annô. vid. Mart. l. 4. & 40. & pag. 28. l. x. c. 104. &c.

#### 3. POETICA.

Thef. 9. Vox *Bruma* valdè confirmat effatum illius, nescio tamen cujus, apud Reusnerum in Anagrammatogr, Quod est: *Qui Ana-*

Ana-

Anagrammatographiam tenet, tenet etiam quandoque Etymologias rerum &c. Quia videlicet post transliterationem non solum profert sui ipsius significationem, quæ est

BRUMA

ἄνυγ.

UMBRA.

Unde nos aliquando ita insubidè:

*Brumam* fermè omnem tenebrosa obnubilat *Umbra*;

Ast *æstas æstu*, luceq; Solis ovat. Vel

*Bruma* sibi partem majorem vendicat *umbra*,

Ast *æstas* lucis majus habet spatium!

Sed etiam (2) exprimit fermè nomen oppositi sui, quod est

UMBRA

ἄνυγ.

URBAM,

secundùm versum:

Æstuat *Urbanus*: Autumnat Symphorianus.

#### 4. HIEROGLYPHICA.

Thef. 10. *Ægyptii Horum*: i. e. Solem pingentes rasò capite, sed dextrâ parte crine remanente; per prius intellexerunt *Brumam*. Macrobi. p. m. 218. l. 1. Saturn. c. 16.

#### 5. ARITHMETICA.

Thef. 11. Qui septenarii numeri mysteria, & perfectionem, exemplis illustrent, minùs dextrè illuc trahunt *Brumam*; quia videlicet ante & post hanc, Halcyones 7. dies congregentur & nidulentur, & ovis incumbant: Leonhard. Wurffbein p. m. 360. de Sept. num. Dresser. p. m. 231. de festis diebus.

(2) Quòd *Bruma* fiat in septimò Zodiaci signò, idem p. m. 361. & Agell. p. m. 95. lib. 3. Noct. Attic.

#### 6. HISTORICA.

Thef. 12. Seqq. leguntur contigisse & accidisse ipsò nostrò die Brumali: nempe quòd

Anni

- A** nni principium Romani inde aliquando fecerint, Alex. ab Alex. p. m. 169. a. l. 3. Gen. dier. Mich. Beuth. p. m. 84. l. 2. Fast. ex Macrob.
- B** rumalia, seu festum Bacchi celebratum sit, Beuth. d. l.
- C** allisthus II. Pontifex mortuus sit Anno 1124. Ranzov. p. 376. Astrol.
- D** ei hominis Nativitas fuerit. Kepl. p. m. 853. l. 5. Astron.
- E** ricus Rex Sveciæ natus sit 1533. Paulus Eberus in Calend. Hist.
- F** abricius Luscinus II. Cos. de Lucanis, Brutiis &c. triumphaverit Anno ab V. C. 475. Paulus Eberus in Calend. Histor.
- G** esnerus ad plures abierit Anno 1565. Paul. Eber. in Cal. Hist.
- H** alcyones nidulentur &c. vid. antè.
- I** nnocentius IV. Pontifex Anno 1254. obdormiverit, Ranzov. p. 376. Astr.
- L** udovicus Bojorum Anno 1314. Cæsar designatus fuerit, Beuth. p. 383. Fast.
- M** enius natus fuerit Anno 1499. Eber. in Calendar. Histor.
- N** uncia Deorum, Iris, Anno 1635. Rostochii visa fuerit, vid. Astrolog. cujusdam German. p. m. 402. cap. 8.
- O** bierit Fridericus II. Imp. 1250. Beuth. p. m. 382. Fast.
- P** aulus Speratus Episcop. natus sit Anno 1484. Eber. in Cal.
- Q** uædianus mortuus fuerit Anno ab V. C. 711. Eber. in Cal. d. l.
- R** omanorum Imperator Fridericus, Cæsar electus sit Anno 1314. Beuth.
- S** elymas Imp. Turcicus mortuus fuerit Anno 1574. Ranzov. p. 397. Astrol.
- T** onitru auditum fuerit Viennæ. Eber. in Calend. Histor.
- V** rbanus Pontifex decesserit ex vitâ Anno 1370. Ranzov. p. m. 382. Astrol.

## 2. PHYSICA.

Thef. 13. Seqq. omnia, licet mihi valdè suspecta, & ne dicam falsa, creduntur quotannis hõc die evenire, utpotè:

**A** nimas per Capricornum ascendere. Lud. Bonaciolus in Foet. format. p. m. 101.

Bene-



- B**eneficum tempus esse Halcyonibus. Mich. Abel. l. i. Carm. & c.  
**C** χειμῶν & initium esse. Cöler. p. m. 108. Oecon.  
**D**ivinare aliquem posse ex hujus diei, de tempestate sequentium, per hyemem. Plin. Democritum sic dixisse ait.  
**E**verti semina malorum. Cic. p. m. 115, l. 2. de Divinat.  
**F**olia ramorum se convertere. Camer. p. m. 445. cent. i. c. 95.  
**G**enitis ominosum esse tempus. Cic. ex mente Stoicorum. l. de Fato. p. 141.  
**H**erculeam arborem seu populum quoad frondes converti. Myl. p. 226. Hort. Philos.  
**J**ecuscula musculorum augeri. Camer. p. 445. cent. i. ex Cic.  
**L**ignum decisum hac luce, non consumi carie.  
**M**edicamenta non esse propinanda. Cöler. p. m. 104. & c. Minde-  
 rus p. m. 388. Threnod. med.  
**N**ervos in fidibus aliis pulsos alios sonare. Cic. apud Camer. d. l.  
**O**leam folia sua convertere. Camer. d. l. ex Agell. l. 9. c. 7. p. m. 215.  
**P**ulegium aridum, sed iterum terræ impositum, reflorescere. Cic. l. 3. de Divin. pag. 115. a.  
**Q**uietum & tranquillum esse mare. Rhodig. l. 14. c. 11. p. 350.  
**R**uri arato hoc die damnum afferri. Hesiod. l. 2. Εργ. 97.  
**S**alicem folia sua convertere. Camer. p. 446. cent. i. hor. succ. c. 95.  
**T**erram claudi. Melancht. lib. 1. Physic. p. m. 102.  
**V**esicam inflatam dirumpi. Cic. p. m. 115. a. l. 2. de Divin.  
 Ex 7. 2. Si rationibus esset indulgendum, dies hic foret frigidissimus, Kepl. p. 317. l. 3. Astron. Dresser. de fest. diebus pag. 230. sed reclamatur experientia, & ratio alia fortior, quam vide sis p. m. 319. lib. 3. Astron. Epit. Kepl.  
 Ex 7. 3. Quò frigidior tamen hic (ut & alius) dies, eò intensior quoque fit calor in homine per ἀντιθέσιν: Rhodig. p. 1149. l. 30. c. 3. ex Aristotele.  
 Ex 7. 4. Favet hic dies deniq; ἐσσοπτεροφίλοις inopibus: Rhodig. p. 561. Cic. 12. l. 15. lect. antiq. ex Seneca. Quia hodiè non tantum est *Solstitium*, sed & *Salstitium*, quod est contra Servium, p. m. 12. ad Ecl. 2. Virgil. vid. Rhodig. Magni Scaligeri Doctor. l. 26. c. 9. & 10. & de la Cerda: ad Virg. p. 30. ad Ecl. 2. Theocr. Eid. 6. Artemid. l. 2. c. 7. Aristot. in probl. sect. 23. & c.

B

8. SPHÆ-

## 8. SPHAERICA.

Th. 14. Quantò locus aliquis ab Æquatore Septentrionalior, vel merid. tantò hujus brumalis noctis quantitas augetur, diei verò tempus imminuitur.

Th. 15. Nobis heic Lipsiæ, quibus Lat. est  $51^{\circ}, 24^{\prime}$ . Sol hodiè oritur horâ 8,  $8^{\prime}$ , occidit 3. horâ,  $50^{\prime}$ .

Th. 16. Ut sic possint immotâ facie cum ortus, tum occasus ejusdem adspici. Kepl. p. m. 13. l. 1. Epit. Astron. Quorum tam hic, quàm ille hodiè novus & in ordine tertius est, Snell. in Sphær. Cornel. p. 97. Item Freig. p. m. 149. ad colloq. Lud. Vivis.

Th. 17. Dies itaque præsens longa est 7. hor.  $40^{\prime}$ . Blebel. p. m. 94. l. 3. Sphær. vid. Calend. Heinschii.

Th. 18. Judæis verò & Romanis (Rhodig. p. m. 443. lib. 12. c. 9. lect. antiq. Bleb. p. m. 100. l. 3. Sphær.) si in ejusdem climat. parallelò apud nos degerent, esset 12. horarû (brumaliû) quarum singula contineret  $38^{\prime}, 20^{\prime}$ . quæ iterum duodecies sumta faciunt nostras 7. h.  $40^{\prime}$ .

## 9. CHRONOLOGICA.

Th. 19. Incidit autem olim tempore Incarnationis Christi, seu Julii Cæsaris in 25. Decemb. (Paul. Eber. in Calend. Histor. p. m. 407.) sed per Anticipationem Solstitiorum, (quæ facit in 134. annis unum diem. Kepl. p. m. 927. l. 7. Astron. Epit. Winshem. p. m. 144. part. 3. Sphær.) hodiè coincidit cum 13. Decemb. s. Idibus Decembribus, Kepl. p. m. 927. l. 7. Astron. Bleb. p. m. 33. l. 2. Sphær. Frischlin. l. 2. Astron. Cahlen. p. m. 24. ad Ecl. Virg.

## 10. ASTRONOMICA.

Th. 20. Sol hodiè in Perigeò suò orbis Eccentrici nobis proximè est, Dresserus in de fest. dieb. p. 230.

Th. 21. Sol hodiè propiùs nobis est 41624. mill. Germ. quàm in Solstitiò æstivò. Hildebr. part. 2. cap. 24. Mag. Nat. p. m. 35. Item Dress. d. l.

Th. 22. Non autem est nobis vicinor. 9975. mill. german. quàm fuit tempore Ptolomæi. Illorum enim, qui opinionem hanc vel in Physicis (ut Melancht. p. m. 105. l. 1. Phys.) proposuerunt, vel in postillis suggestisq; ad magis quasi perterrendos & evincendos

dos homines proximitatis diei JESU CHRISTI, seu Pancritici protulerunt ( ut Hildebr. p. m. 35. part. 2. Mag. Nat. c. 24. Herbergerus in cardiopliet. p. m. 16. part. I. advent. II. Scaliger flagris s. scuticis dignos judicat, p. m. 343. Exercit. 99. s. 2. subtil. Nos illis contra proponimus dictum Ecclesiastici 34. v. 8. sine mendaciō præstabitur lex, oriōq; veraci sapientia perfectio est.

Th. 23. Cur Sol hodiè non propiùs ad nos accedat, irritam & falsam assignarunt Stoici causam. Ne videl. longiùs à cibō suō s. alimoniā, quam ipsi ἀναθυμιάσις Oceani & terræ præbeant, discedat. Cic. p. m. 30. a. l. 2. de Nat. Deor. Idem p. 66. b. de Nat. Deor. Ibidemq; Betulei. p. m. 284. & 285. annot. Plutarch. l. 2. c. 23. Placit. Plin. l. 3. cap. 68. Ibid. Cic. p. m. 49. h. l. 2. de Nat. Deorum. Ibidemq; Betulejus p. m. 232. ad h. l.

## II. OPTICA.

Th. 24. Sol hodiè longissimè à nobis abest, Melancht. ad Hesiod. l. 2. ἐργ. ἡ ἡμ. p. m. 34.

Th. 25. Sol hodiè major videtur, quam cæteris diebus, Dresser. p. m. 230. de fest. diebus.

Th. 26. Crepuscula minima hodiè habemus, Kepler. p. m. 309. l. 3. Astron. Epit.

## 12. ETHICA.

Th. 27. Diecula hæc nos non tantum admonere poterit brevitatē vitæ similitudine & imagine sui, Dress. p. m. 230. de fest. dieb.

Sed & (2) Etymologicā æquivocatione nominis sui, hoc est (1) *Bruma*, quæ, uti suprâ demonstravimus, dicitur quasi βραχὺ ἡμέρα. Jam verò ἡμέρα s. ἡμέρα non tantum denotat diem seu lucem, sed & vitam, quemadmodum bis legitur apud Euripid. in Hecub. Vid. pag. m. 68. a. & 77. a. Matth. Heusleri in hos d. l. (2) *Solstitiale*, vide ad versus hos Plautinos in Pseud.

*Quasi solstitialis herba sum,*

*Repentè exortus sum, repentinò occidi.*

Rhodig. p. m. 1110. lib. 29. v. 4. lect. antiq. Becm. p. m. 716. Origg. LL.

Accedit (3) Nominis prioris (*Bruma*) Anagramma, quod est *Bruma*: cum quâ ut plurimum vita nostra comparari solet. Vide sis Bohem. p. m. 26. not. Philolog. ad centur. 1. Lubin. ex Job. 8. 9. Ps. 102. 12. Ps. 144. Eccles. 7. 1. Parall. ult. v. 15.

B 2

FUSIOR

# FUSIOR DIDUCTIO

PRÆCEDENTIUM.

(1) Alstedius p. m. 201. a. Lexici Lat. Encyclop. l. 5. s. 36. Bruma quasi βραχὺ ἡμέρα, pro ἡμέρα, brevis dies; alii dicunt à βρῶμα, quia bruma affert edacitatem: unde imbrumati, quibus fastidium est ciborum. Scaliger filius derivat à Brumo, id est, Bacchò, qui dictus est Brumus, quasi βρόμιος: rationem affert, quòd in id tempus bruma inciderit, in quò festa erant Bacchi; ) Quoad edacitatem, nota Rhodiginum p. 1149. l. 30. c. 3. Adagium, hyemalis refectio pro eà, quæ largiore præbeatur manu, nec avariter. Ventres namque hyeme, sed & verè quoque naturâ calidissimi sunt, & somni longissimi. Itaque per ea tempora cibi duri copiosius debet. Caloris enim nativi copia magna est, ut omnibus providè plenior requiratur. Argumento ætates sunt & athletæ. Quòd verò hyeme accrescat calor, Aristoteles quoque insinuavit; subterfugit autem, præ figore extrinsecus circumfusò retorsumq; æstate ad confinem consanguineumq; & consentaneum aërem advolat. Ita efficitur, ut porrectus, & quasi patefactus diffluatur & dispergatur æstate, hyeme confectior coëat & constipator, & item in profundum pervadat, meetq;. Quocirca concoctio & sanguificatio per ea tempora pronior & salubrior redditur. Suffragantur & somni longiores ob prolixiorem noctium tractum, id quod ad officia naturalia admodum confert &c.) sed & de sitim morbosq; ferente Siro, vide Taubmann. p. 923. ad lib. 10. Aneid. Fortè in idem tempus hyemale & anni finale etiam sua bona vinalia rejecit antiquitas, de quibus Othoblad ðcke von Schamp/ im Blumenfelde/ p. m. 85. c. 88.

Der Zuitschon hieß er seelig/  
 Der Nerthon aller Götter Mutter heilig/  
 Die wir iht nennen der Erden/  
 Drum daß alle Ding ernehret sie heut mit Freuden/  
 Den achten Tag vorm neuem  
 Jahr/ weicht er ihr in Treuen/  
 Dran man die Nacht must wachen/  
 Und trincken Wein/ auch frölich seyn und lachen/  
 Der sonst verboten ihnen;  
 Daher das Fest die Weinachten mit Sinnen  
 Und der Mutter nach wird gesprochen. ꝛ.

Per-

Pertinetne etiam heic allusio? Barthius Adversar. p.m. 254. l. 4. c. 14. Ex Strabone cap. 1. *Brumam* vocat ventrem anni, veluti quæ consumat, quod æstas peperit: Bruma senectutis vernacula totius anni venter, pari modo venter memoriæ, quod in eam omnia congerantur; apud Juvenal. Carmentensem Epist. 140. Beutherus p. 96 lib. 2. Fastor. Theophylus: propter Bacchum, cui festivitas ea fiebat: aliàs etiam Bacchanalia, Ambrosia, Pithagia, Græcis, Romanis, qui Bacchum *Brumum* dicebant, *Brumalia* nominata fuisse, apud eundem Theophylum & Joannem Grammaticum legitur &c. Sic & p. 266. Ovid. Fastor. edit. Micylli refert, *Brumalia*, festum hoc mense, & Ambrosia, Proclus in Hesiod. Idem *Micyllus* p. 265. ad 24. Nov. i. e. 8. *Calend. Decemb. Bruma*, quæ & *Brumalia*, festum Romanorum, Constant. in Rust. (forte fallitur Constantino.) Confer p. 492. cap. 13. lib. 5. Mythol. Natal. com. Post varia enarrata Nomina festi Bacchi in Jan. celebrati, hæc addit: cum à Romanis celebrarentur, dicta sunt *Brumalia*: cum *Brumus* dictus sit Bacchus.

*Faber in Lex. edit. Buchneri fol. 145.* Bruma, Solstii hyemalis dies, der kürzeste Tag/ quò Sol ingreditur primum gradum Capricorni, der nächste Tag vor Lucia. Bruma autem ex brevima, i. e. brevissima: antiqui enim pro brevissimo & brevimum dicebant. Sic ab imbecillis, & imbecillimum, apud Senecam Epist. LXXXV. & imbecillissimum apud Celsum lib. II. c. XVIII. legimus. Ex brevima autem contractè Bruma: id est, dies brevissima. Hinc Varro lib. V. de LL. BRUMA, inquit, dicta, quod brevissimus dies. Non itaque audiendus Festus est, qui ex Græco deducit: quòd Bruma dicatur, quasi *βραχὺ ἔμαρ*. Cæterum de tempore *Brumæ*, quò fieret sive conficeretur, non conveniebat apud Veteres. Hipparchus enim in primis signorum partibus; Eudoxus verò & Meton aliiqve in octavis Solstitia fieri existimabant: de quo nonnulla notavimus ad Prudentii de Natali Domini Hymnum v. 2. 2. Poëtis Bruma pro hyeme ponitur. Brumalis, e, adject. ut brumale tempus, brumale frigus. *Brumalia*, Festum Romanorum (*ἑορτὴ τῶν βρέμων* Constantino in Geoponicis nominatur; ita enim ibi legendum; non *βραχάδν*, ut Cælius Rhodiginus putabat, rectè mo-



h. l. antiquariè non est locutus, cum *Solstitium æstivum*, & Solsti-  
tium *brumale* dixit. Veteres, Solstitium, ex *brumam* dixissent,  
ut Plinius. Plinium sequutus Martianus. Ultima omnium Thu-  
le, in qua Solstitiali tempore continuus dies, brumaliqve nox pe-  
rennis exigitur. Antiquum Solstitium τὴν τροπὴν θερινὴν pro-  
priè vocabant, brumam τὴν χειμερινὴν. Glossæ: Solstitium, τροπὴ  
θερινή: eadem: *Bruma*, πλείας, τροπὴ χειμερινή: Horatius: præ-  
nula Solstitio, campestre nivalibus auris. Virgil. l. i. Georg. Hu-  
mida solstitia, atqve hyemes optare serenas Agricola. Per *humi-  
da solstitia* intelligit ætates humidas optandas esse agricolis, ut  
hyemes, brumas serenas, ibi multis modis argumentatur Servius  
de duobus solstitiis, æstivò & hyemali. Inde *Solstitialis herba*  
Plauto & Aufonio, quam vix solo prodiit, & statim æstatis calo-  
ribus exarescit, ea nimirum: quam Solstitio nascitur, circa τρο-  
πὰς θερινὰς. Solinus ipse infra *solstitialem plagam* vocat orientis  
æstivi: è provinciis Mauritanis Tingitana qua *solstitiali* plaga ob-  
via. Id est ad orientis æstivi plagam. Verborum hinc Auctor,  
proprietas adprimè observans, & maximè antiquarius, quò fit,  
ut suspicer, eum scripsisse; in quâ Solstitio nox pene nulla: *bru-  
ma* perindè nullus dies certè æstivò Solstitiò, & *brumali Solstitiò*  
Glossam sapiant, utut sit, nunquam aliter loquuntur boni & ido-  
nei auctores. *Bruma* quasi *brevima* dies, id est brevissima. In-  
de *breuma* & *bruma*. Ita veteres dicebant, *brevis*, *brevior*, *bre-  
vissimus*, sic plus, plurior, plurimus, ita clarus, clarior, clarissimus,  
pro clarissimus. Glossæ Isidor. clarimum, sic ocimè pro ocis-  
simè: sic minor, minimus. Ergò & *brevima* dies, brevissima,  
inde *bruma* ἡ τροπὴ χειμερινή. Salmasius: pag. 360. 2. 361. l.  
ad cap. 27. Solin. *βρομώδης*, propriè qui valdè & acriter olet,  
ac flagrat: nam *βρόμῳ* est ὀσμὴ. Hesychius, *βρόμεον*, ὀζό-  
μιον, Haud scio an hinc *Bromosus* immundus in Glossis Isidori:  
inde *exbromare*, emundare, purgare apud Apicium nostrum in  
Excerptis Vinidarii: quod ab odore malò traductum. *Bromosus*,  
resinosus, in iisdem Glossis exponitur. *βρόμῳ* enim τὸν  
ἤχον significat: Hesychius: *βρόμῳ*, ἤχῳ, ὀσμῆ. Hinc *βρομώ-  
δης*, *sonorus*. Insigni hallucinatione Apulejus *βρομὸν* pro odore  
tetrò accepit, ubi sonum significat in librò de mundò his verbis:  
*Mycetias*





Lauff vollbracht hat. Es sprechen auch die gemeinen Leut: **Nach  
St. Veit/ Endt sich die Zeit.**

Das Blat wird krum/ wendet sich auf dem Baum  
herum. Das geschiehet in unsern Landen nicht. Es behält ein jedes  
des Blat seinen Stand/ ohne die jungen stehen aufgericht/ die alten  
hängen die Spiz niederwärts. Insonderheit stehet der Del. Baum  
zu der Zeit voller Blüte/ *Solstitio floret vitis, sicut & olea. Idem.*  
*Plinius paulò pòst: De Hedera. (vid. p. m. 103. centur. 2. histor.*  
*46. Acerr. Philolog. Laurenb.)* Es könnte aber seyn/ daß die Baum-  
blätter/ und das Zhlaub-Holz in Welschland **witziger** wären/ denn  
bey uns / denn hie wissen sie die Zeit des Solstitii, und Wasser und  
Wein nicht zu unterscheiden.

D. Simon Pauli pag. m. 115. part. 2. Postill. ad Evang. Pente-  
cost. Zu dem scheint die Sonne izt nicht mehr so klar / als sie vor-  
mals gethan / hat auch nicht so grosse Krafft zu wärmen / als sie noch  
vor wenig Jahren/ bey unserer Leut gedenccken/ gehabt hat.

(2) Idem part. I. Postill. Epistol. ad II. Advent. Denn die  
Sonne sich nun so oft nicht mehr sehen läst/ als sie zuvor gethan hat/  
sondern ist fast alle Tage unter den Wolcken verborgen / und wenn  
die Sonne ihren Willen hätte/ würde sie hinfort den gottlosen Leus  
ten nicht mehr scheinen / so wegen der Unzucht/ Fressen/ Mord und  
Blutbergiessens/ in Kriegen und anderer Bosheit / wenn sie Gott  
nicht zwingt / daß sie gleich wider ihren Willen der Eitelkeit muß  
unterworfen seyn/ ut deduco ex 8. Roman.

*Salmuth. pag. 243. Tom. 1. Panciroll. de perdit. Tit. 41. Hinc*  
*tollendæ ignominiaë causâ Romulus, quòd enutritus foret, & edu-*  
*catus à Laurentiâ, Brumalia instituit, quibus convivio excipieba-*  
*tur Senatus; cum necessarium diceret, ab Rege suo ali Senatū.*  
*hyeme nullis obstrepentibus. Rhodigin. p. 1050. l. 27. c. 24. Quin &*  
*Romanis probrosum censebatur, alienis vesci; proindè ferebant.*  
*singuli, quòd essent ac biberent; quò non dicerentur à Μοτριοφά-*  
*γοι. Hinc tollendæ ignominiaë causâ Romulus, quòd cum fratre*  
*ab Laurentiâ foret educatus, Brumalia instituit, quibus convivio*  
*excipiebatur Senatus, quum necessarium diceret, ab Rege suo ali*  
*Senatum hyeme, nullis obstrepentibus bellis. Brumalia Græci*

C

inter-

interpretantur τὸ ἐκ τῶν ἄλλοτερίων τρεφῆναι &c. idem p. 1092. lect.  
antiq. c. 26. lib. 28. Raderus in Martial. p. 576. ad lib. 8. Epigr. 41.

Tristis Athenagoras non misit munera nobis,

Quæ mediò *brumæ* mittere mense solet.

Quæritur, nil sibi muneris ab Athenagorâ Saturnalibus missum.  
*Bruma* solstitium hybernum, ut solstitium simpliciter, *æstivum* va-  
let. Ipsâ autem die *Brumæ* etiam munera commeabant. Tertull.  
de Idol. c. 14. (num inde nostra Heil. Christs: Geschencke / oder  
Weynachts: Bescherunge?) respectu *Saturnalium* etiam admirare,  
simul coincidentia Jovialia: Pontanus l. 4. Progymn. 26. pag. m.  
597. lib. 1. Saturn. c. 20. De Idibus Decembr. cum *Jovem* acci-  
piamus lucis auctorem, unde Diespiter dictus Romanis, &c. un-  
de & ad Idus Jovis ferias observandas sanxit antiquitas &c.) *Tex-  
tor* pag. m. 145. *Epithet.* *Bruma* à brevitate dierum dicitur, si-  
gnificatqve non tam frigus, quàm ipsam temporis brevitatem.  
Fit autem in Capricornò. Propterea antiqui portas Solis voca-  
verunt cancrum & capricornum. Quòd in cancrò fiat solstitium,  
in capric. *Bruma*, id est, brevissimus dies. Apulejus, annus, in-  
quit, hybernas capricorni pruinas deflexerat, Plin. scribit Demo-  
crito dicere solitum, talem hyemem semper futuram, qualis fue-  
rat *bruma* dies.

*Ludov. Bonaciolus de fœtus formatione p. m. 103.* Easdem so-  
lis etiamnum portas Physici eatenus nuncuparunt, quatenus in  
utròque Solstitiò occurrente Solis ulterior accessus inhibetur, quas  
profectò de Cœlò in terras meare, & de terris in cœlum remeare  
creduntur.

*Matth. Dresserus v. m. 229. de fest. diebus:* *Bruma* est brevis-  
sima anni dies, βραχὺ ἡμῶν, horas septem cum minutis triginta  
in hóc nostrò climate complectens, fit Sole ingrediente capricor-  
num. Unde & *Solstitium hybernum* appellatur. Item τροπή, id est,  
conversio. Numerant enim Græci quatuor Tropas, id est con-  
versiones, in quòlibet annò. Duo Solstitia, hybernum & æstivum,  
& duo æquinoctia: vernum & autumnale. *Ciceron.* Solis accessus  
discessusqve fit brumis atqve solstitiis, dicitur autem Solstitium,  
quasi Solis statio, Nam circa solstitia tam tardè procedit Sol, ut  
non

non facile ejus declinatio intra ostiduum animadverti possit. Con-  
versio verò nominatur, quòd se Sol vel à Septentrione convertat ad  
austrium, quod fit in solstitiò æstivò, vel ab austro ad Septentrio-  
nem, quod fit in solstitiò hybernò.

*Theod. VVinsbemijs p. 143, part. 3. Spher.* Latinis dicuntur  
Solstitia, non quòd Sol ea attingens consistat, aut aliquamdiu com-  
moretur: Etsi enim Sol consistere & moram facere in his locis vi-  
detur, quòd umbræ meridianæ ad aliquot dierum spatium non  
mutentur, nec diurna nocturnaquæ spatia sensibilibiter crescant vel  
decrecant: Tamen Sol nunquam quiescit, nec cursum suum un-  
quam intermittit: sed quia ad hæc loca, quæ ab æquatore sunt re-  
motissima, Sol progressus non ulterius ab eo recedat, sed cursum  
suum mutans, ad oppositum cardinem se convertat; ab hac Solis  
conversione, Græcis ea vocatur *τροπικὰ*. Vocant autem Latini  
tempus Solstitii æstivi, propriè solstitium; hyberni verò *brumam*,  
Græci verò *χειμερινὴν*: illud verò *ἡμερινὴν τροπικὴν* appellant, Confer  
p. 300. l. Spher. Hainlini.) D. Aegydius Strauchius in computò  
veterum Germanorum (Disput. 1661.) §. 20. Quòd auspiciam an-  
ni *Celtici* concernit, non cum Scaligerò ab autumnò ineunte, sed ab  
hyeme potiùs illud deducendum esse putamus, tùm quòd men-  
sem, in quò solstitium hybernum accidit, *Giulam* vocarint, ut in  
quò accidat *הַשָּׁנָה קִיפָה* revolutio anni; tùm quòd in mense,  
Januario nostro respondente ferè, sacrificia anniversaria maximè  
solennia afferre, & ita Deos suos gentilitios placare, atque ab iis-  
dem felicem annum orare soliti fuerint *Celtæ* &c. *ibid.* §. 17. Decem-  
ber heilig Monat. (*Dasypod. in Diction. litt. Br. Bruma, der Tag*  
*der Sonnenwende im Christmonat. Item der Winter. Inde bru-*  
*malis, e, winterig*.) Colerus in *Oecon.* p. m. 102. vocat etiam sol-  
stitium hybernum, & Faber in *Lexicò*: Nicod. Frischlin. pag.  
m. 9. *τροπικὴ χειμερινὴ*, solstitium hybernum *Bruma, der fürge-*  
*ste Tag.*

*Henr. Ranzou. pag. 469. tract. Astrolog.* Solstitium affert  
hyemis capricorne Decembri. Idem p. 467. in mense Decembr.  
Auffert Solstitium &c. *Hesiod. p. m. 34. lib. 2. Εργ. χ' ἡμερ. v. 97.*

εἰδὲ κεν ἡελίοιο. τροπῆς ἀρόης χθόνα δίας: ad quem locum annotat  
 p. 101. Phil. Melancht. τροπὰς Græci omnes conversiones vocant.  
 Ἐστὶ τροπὴ χειμερινὴ καὶ θερινὴ, i. e. Solstitium æstivum, & hyber-  
 num, quod Latini rarò *Solstitium*, sed *brumam* vocarunt, ἀπὸ τῆς  
 βορρῆας ἡμέρας, ut Servius ait. Vocant etiam æquinoctia con-  
 versiones; quia tum Sol quasi convertit se, & incipit descendere. Ita  
 in conversione hybernâ, quando Sol longissimè distat propter  
 obliquitatem, tunc vertit se, & incipit descendere, quia est statio  
 Solis: ideò monet, *non esse arandum sub brumam*. (Barthius p. m.  
 331, ad lib. 4. de laud. Stil. Claud. vers. 322. Brumali fidere, id est,  
 frigore.) Corvin. p. 802. fontis Latin. Solstitium hyemale auf Lu-  
 ciz, quia ibi Sol quasi stat, postea verò retrocommeat, vel progredi-  
 tur signa Zodiaci. Idem pag. 117. secundò synecdochicè: Der  
 Winter/ brumale frigus, die Kälte umb Weynachten. Decimat. p.  
 m. 173. dicitur dies brumal IN D Gall. Les plus cours del' ante mi-  
 len d' hyuer. Ital. u mor di todo l' anno. ) sumitur & *bruma* pro  
 totâ hyeme, vid. 730. Arar. Poët. Weinrichii. Item p. 146. Joh.  
 Ravif. Text. Epithet. Item pro totò annò, Martial. l. 4. v. 40. Te-  
 cum ter denas numeravi, Posthume, brumas. Idem p. 281. lib. 10.  
 v. 10. ante brumas triginta mihi, quatuorq; &c. Ouid, pag. m. 389.  
 l. 4. Tristit. Eleg. 7. v. 1.

Bis me Sol adiit gelidam post frigore *brumam*,

Bisqve suum ta&ō pisce peregit iter.

Idem p. 418. l. 5. Trist. Eleg. 11.

Nec mihi solstitium quidquam de noctibus aufert:

Efficit angustos nec mihi *Bruma dies*.

Nicod. Frischlin. p. 90. l. 2. Astron. Duplex est *Solstitium*, æsti-  
 vum propriè dicitur *Solstitium*, & *brumale*, quod aliò nomine di-  
 citur *Bruma*, & pag. 92. Procl. 1. Brumalis circulus est, qv̄ omni-  
 um eorum, quos Sol motu orbis circumrotatus, in oppositâ mun-  
 di plagâ describit, maximè est meridionalis, sed minor tamen æ-  
 quinoctiali, à quo paribus intervallis undiquaque distat, sicut &  
 solstitialis, mobilis & ipse ad motum cœli, in qv̄ Sol consistens,  
 diem facit brevissimam, noctem verò longissimam: De qv̄ Ma-  
 nilius lib. 1. Astron.

Pro-

Proximus huc ultra brumalis nomine circus  
 Ultima designat fugientis lumina Solis,  
 Invidaque obliquæ radiatorum munera flamma  
 Dat per iter minimum nobis; sed finibus illis,  
 Quos super incubuit, longâ dat tempora luce,  
 Vixque dies transit candentem extenta per æstivum.

Cicero p. m. 30. a. lib. 2. de Nat. Deor. Possentne ex tot rebus ipsis  
 immutantibus, Solis accessus, discessusque solstitiis, *brumis*que, co-  
 gnosci &c. Idem pag. 201. a. lib. de Universitate. Eas igitur ob caus-  
 sas nata astra sunt: quæ per cœtum penetrantia solstitiali se ex bru-  
 mali revocatione converterent &c. Idem pag. 66. b. de Nat. Deor.  
 lib. 3. Nonne idem vobis placet, omnem ignem pastu indigere, nec  
 permanere ullô modô posse, nisi alantur? alii autem Solem, Lu-  
 nam, reliqua astra aquis, alia dulcibus, alia marinis; eamque cau-  
 sam Cleanthes affert, cur se sol referat, nec longius progrediatur,  
 solstitiali orbe, itemque *brumali*, ne longius discedat à cibô. Cic.  
 p. 159. b. de Orat. Sol accedens ad *brumale* signum, in Arat. Sol  
 brumali flectens contorquet tempore currum. Conf. Nizolii The-  
 saur. Ciceron. nim. secundum Betulejum p. m. 284. & 285. annot.  
 Stoicis fuit alimonia Solis, ἀναθυμίασις Oceani, seu exspiramentum,  
 evaporatio & exhalatio. Confer. Plutarch. l. 2. c. 23. Placit. Plin. l.  
 2. c. 68. Barthius p. m. 909. a. ad lib. 2. de rapt. p. 20. serp. Clau-  
 dian, v. 53. Vitrei libamina potat: Lunam pasci rore seu humore  
 Oceani ait, persuasione veterum, quam illustrat doctissimus Del-  
 rius Comment. ad Senec. Hyppolit. DCCXLVII. Item Cic. p. m.  
 49. b. lib. 2. de Nat. Deor. Sunt stellæ naturâ flammeæ &c. item  
 ibid. Betulejum p. m. 233. Ex hōc fonte Stoici ulterius progressi,  
 naturaliter mundi interitum aliquando fore per conflagrationem  
 opinati sunt, quando nimirum omnia exsiccata essent, & nulla  
 stellis humiditas restaret. Sed Aristoteles, ob meliorem causam,  
 statuit Zodiacum: Κύκλον λοξόν (limitem maximæ evagationis s.  
 digressionis planetarum & Solis ad latera mundi, respectu cuius  
 Plato dixit totum mundum ferri ad literam X: quia nimirum cir-  
 culus Zodiacalis æquatorem decussatim seu per *Chiasmum* interse-  
 cat,) quia sublatâ Zodiaci obliquitate, idem esset naturæ vultus in  
 orbe, nec haberet annus sua in qualitatibus primis & secundis ad

generationem & corruptionem necessaria discrimina, ut ostendit  
Philosophus lib. 2. de ortu & interitu circa finem, & lib. 4. de ge-  
nerat. animal. cap. ult. imò dicit alicubi, etiam rotam figuli ces-  
sare debere, si Sol æquatori parallelè semper incederet. Confer  
D. Magirum in Element. Astron. pag. 17. 18. ex Hugone Grotiò.  
De Capricornò vide Kircherum obelisc. 4. Hierogramm. 4. L. Mül-  
lerum in commentar. ad Blebel. Kepler. de stellâ novâ c. 4. & s.  
Decimò die Decembr. Sole ad tropicum hyemalem accedente, Ti-  
tan (ut cum Poëtis loquar) per scalas de more capræ ascendit,  
diem reddens longiorem, dum imum Zodiaci relinquit. Ubi in  
templis canimus: Die Sonn sich zu uns wendet / das Neu Jahr  
ist nicht west.

*Solstitium æstatis cancer, Bruma est capricornus,*

*Sed noctes æquant aries & libra diebus.*

Nota, inter æquinoctia & solstitia quatuor illa puncta cardinalia,  
hoc interesse, quòd æquinoctia contingant quoad  $\omega\epsilon\theta\varsigma$  ἀλήθειαν,  
seu ad rei veritatem: Solstitia verò tantum  $\omega\epsilon\theta\varsigma$  αἰσθησιμῶν, id est,  
quoad sensum: Neque enim Sol circa illud tempus, quò solstitia-  
lia puncta occupat, verè insistit, feriaturque à cursu suo; neque  
enim unquam definit suo ad nostrum verticem accessui vel recessui  
addere vel demere aliquid, sed duntaxat assimilatur insistenti, ad  
eundem fermè modum, quò quadrigæ in circò Romanò ex carce-  
ribus ad metas egressæ, circa illas non procedere longiùs, sed stare  
videbantur eminus intuentibus. *Venti solstitiales & hybernus p. m.*  
*328. l. 4. cas. 3. de ventis Physic. Senerti. Hildebr. p. 200. part. 2.*  
*Mag. Natural.*

*Bruma venit, densis tu frigora pellibus arce,*

*Qui lapis & calidis adjice ligna focis.*

*Ovvenus p. m. 100. Epigr. 108. lib. unò:*

*Venit Joannes æstivò tempore, CHRISTUS*

*Brumali; hîc ignem prædicat, alter aquam.*

*Quàm benè conveniunt contraria † flumina flammis,*

*Ignis peccatum purgat, & unda lavat,*

*† duo baptismi Christi & Johannis.*

*Stigelius l. 5. p. m. 152. in hymnò sacrò (edit. Jen. An. 1557.)*

*Bruma*

Bruma gelu candens festum solenne reducit,

Quò canitur nato gloria vera DEO.

*Anonymus in Astron. Tabell.* setet 12. Dec. ist der Sonnenstand Capricorn. Der Sonnen Höhe 15. gr. 20. m. bricht der Tag an / 5. h. 48. m. Sonnen Aufgang / 8. h. 10. m. Tages Länge / 7. h. 40. m. Sonnen Unterg. 3. h. 50. m. Scheidet sich Tag un Nacht / 6. h. 7. m. Nacht Länge / 16. h. 20. m. Nimt der Tag ab von Cancer. biß auf Capric. 8. h. 0. m. Länge einer Planeten. Stunde des Tages / 0. h. 38. m. Goldastus in Epist. centur. un. pag. 76. de umbræ quantitate die brumali. *Die brumali nati* vide Ramum pag. m. 353. in Ciceron. Orat. & lib. de Fatô. M. Joh. Manitius, Witeb. 1661. de Mundo, in fine Pastor Lochaviensis, Mathematicus non incelebris, interitui mundi, die *Luciæ* hor. 8. anni 1533. ridiculè designavit. (scil. *authoris mundus, qui regitur opinione, tunc interiit & ipsiæ phantasiâ liberavit.*)

*Cahlenus* p. 24. ad Eclog. Virgil. Die Sonnen Wende (solstitium) welche jährlich 2. mahl sich ereiget / im Winter / wenn die Sonne in das himmlische Zeichen des Steinbocks tritt / umb den Tag *Luciæ* / den 12. oder 13. Christmonats / da der kürzeste Tag und längste Nacht ist. *Kepler. p. m. 13. l. 1. Epit. Astron.* Sol æstate vultum ad meridiem vertentibus, à sinistris, & tergo oritur: pervadit altissimè, & è sublime terras ferit, æstumqve excitat, & diem producit, ad dextras verò rursum post tergum conditur: *hyeme* omnia sunt contraria, & potest immotâ facere tam ortus, quam occasus ejus conspici. *Joh. Mayer ad Calend. 1660.* Es ist 7. Tage vor und 7. Tage nach Lucia das Meer am stilltesten / daß der Eysvogel seine Eyer ausbrüten / und die jungen fortbringen kan / daher solche Tage Halcyonides dies, oder Halcyonei oder Halcyoni, und auch Halcedoniæ genennet worden. *Plin. l. 2. c. 47. Nat. Histor.* ante brumam septem diebus, totidemq; postea, sternitur mare, halcyonum foetura: unde nomen hi dies traxere reliquum tempus hyemat. De corvis marinis, qui in principio hyemis septem diebus nidificant, & 7. diebus pullos cubando producunt &c. vide p. 483. lib. 19. *Olaum Magnum in Epit. de pop. septentr. Rhodig. p. 1149. l. 30. c. 2.* qui Solis per signa meatum observant, assignant initia, partem primam capricorni, hyemi &c. Alibi me legere memini, esse inter classicos, qui tradunt octavo Calend. Mart. esse *Alcyonios dies*, quibus in Atlantico quidem mari summa notetur tranquillitas. Ja-

Jacobus Herrenschnid. in Strenograph. Rhetic. part. 1. Halcyonia, Alcedo avicula φιλέρημος ἢ αἰὲ τῆς θαλάττης διασημότης: Franz. in histor. animal. c. 27. p. 569. De Halcyon. vide p. m. 490. arar. Poët. Weinrich. & Ravil. Textor. Epithet. *Camerar. hor. sub-* *eisy.* Tom. 1. c. 95. p. m. 445. De conversione in arboribus, aliisque rebus, circa brumalem diem. Iis, qui rei rusticae & hortensis studiosiores sunt, persuasum vulgò est, circa natalem Servatorum nostri, qui incidit, ut apud nos receptum est, quotannis in diem XXV. Decembr. succum vel animam vegetativam in arboribus ex radice sursum ascendere, cum antea in hyeme deorsum in radicem transierit, idque mirabili proprietate & conversione naturae. Et si autem & alia circa id tempus accidere solent, de quibus omnibus reddi ratio non potest, ita ut potius miraculosa, quam naturalia videri possint; ut de pomis constans fama & opinio est, quae in nocte Nativitatis & florent, & una fructus, licet immaturos, producant: tamen concedendum est, multa superstitiosa à sacrificiis conficta esse, ut majorem devotionem hominum circa id tempus proprii lucri causâ (licet propter res salutaris eò tempore gestas, circa id meritò sanctissimis actionibus & cogitationibus unusquisque occupatus esse debeat) excitarent. Ea autem quae de arboribus supra diximus non tantum similia vera sunt, sed constat à veteribus quoque mirabilem conversionem arborum aliarumque rerum circa Brumam observatam. Ita enim scribit A. Gellius lib. 9. c. 7. vel ut nonnulli volunt Agellius: Vulgò & scriptum & creditum est, folia arborum brumali & solstitiali die convertit, & quae pars eorum fuerat inferior, atque occultatior, eam supra fieri, atque exponi ad oculos & ad Solem. Quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse, propemodum visum est. Quam rem & alii docti viri & Svetonius etiam Tranquillus, lib. 1. ludicr. histor. satis compertam esse, satisque super eam re constare affirmat, nervos in fidibus brumali die alios digitis pelli, alios sonare. Ciceronis lib. 1. de Divinat. quoque locus memorabilis est: ubi ex Stoicorum placitis ita refert: Probatum est à Stoicis in ipsa brumâ musculorum flatas rumpi vesiculas, & semina malorum, quae in iis mediis inclusa sunt, in contrarias partes se vertere: ostreis & conchiliis contingere, at



ut cum Lunâ pariter crescant & decrescant: Quare non absque ratione Franciscus Rueus de gemmis lib. 1. dum hunc Ciceronis locum citat, ita dicit, nonne à veteribus observatum est, quarundam arborum *olea*, inquam *populi albae* & *salicis* folia solstitiali tempore, converti: fieri etiam ut ipsò *brumali* die frondes quædam revirescant? Ut & hæc Marcus Varro stupenda discrimina nominarit, quibus videlicet anni tempus discernatur & ex foliorum versurâ solstitium; ex recens auserumpente quarundam herbarum virore *brumalis* dies internoscatur. Huc referri possunt ea, quæ Theophrastus in librò de odoribus scribit. Hujusmodi, inquit, naturæ consensio atq; contagio in aliis etiam quodammodo evenit: *Vinum* enim quum uva efflorescit, tentari videtur, & *allia cœpa* quæ tum acerrimi sunt odoris, quum in terrâ germinant. Sed præterea accidit, ut unâ etiam ipsa germinent: atq; omninò omnia quæ unicâ constant radice, modò non exaruerint, germinationis tempore moventur, cum insita cuique vis sollicitetur & excitetur. Sed omnium istorum admirationem facilè superat, quòd in *edipe urfino* evenit, qui latebrarum tempore exundat, intumescensq; vasa implet, ita enim ex versione Turnebi legendum putat Muretus variar. lecton. lib. 13. cap. 13. non coctas carnes urfinas, si asserventur, certò quòdam tempore anni, quò latere urfi & suprâ modum pingvescere, altissimò somnò oppressi, solent increfcere, ideoquæ Plinium non satis ex fide hæc ex Theophrastò retulisse dicit. *Gabriel Rallenhagen cap. 5. pag. 215. & seqq. manliff. ad librum precedentem der wunderlichen Historie.*

### Cap. 5. Von der Christ-Nacht.

Es ist auch überaus viel und mancherley Rede bey dem gemeinen Volck von der heiligen Christ-Nacht / was daran geschehen sol / in natürlichen Dingen. Denn von Gespensten und Aberglauben wollen wir hier nicht schreiben. (1) sind viel Leute in dem Wahn / daß die zwölff Nächte / von der Christ-Nacht anzufangen / der folgenden 12. Monaten durch das ganze Jahr Wetter bedeuten sollen / und also das ganze Jahr Fruchtbarkeit oder Unfruchtbarkeit. Daß diese Meynung falsch sey / gibt die Erfahrung derer / so alle Wetter / das ganze Jahr durch / mit Fleiß aufzeichnen. Es hat aber das Ansehen / es sey diese Meynung von den ungelehrten Mönchen / aus einem

D

Scris

Scribenten / Dictymus genannt / dem **Christ-Tage** zugeleget. Davon der schreibt: Democritus, Apulejus und Constantius, im Buch vom Ackerbau / sagen / man solle sich durch das folgende Jahr solch Wetter vermuthen / als auf dem **Festtage** ist / den die Römer Bruma nennen / das ist auf den 24. Novembr. Andere sagen / daß der Decemb. werde seyn wie der 24. Novemb. der Jenner wie der 25. Novemb. der Hornung wie der 29. Novemb. und so fort an. Es pfleget aber diß bißweilen zu geschehen / bißweilen auch nicht. Dieweil nun diese Rechnung von der Römer Bruma ihren Anfang haben sol / und es gewiß ist / daß der kürzeste Tag im Jahr Bruma unnd Brumale Solstitium war / der zu der Zeit der Geburt Christi / mit dem 25. Decembr. eintraff: So folget daraus / daß er daher genommen / und auf den **Christ-Tage** geleget ist. Und daß man ist den Anfang solcher Anmerckung auch vom kürzesten Tage / als vom 12. Decembris anfangen solte / wenn die Erfahrung mit einstimmet. (2) ist auch der **Wahn** / daß die **Christ-Wurz** / (ist eine Art der schwarzen Niesewurz) in der **Christ-Nacht** ihre erste Blume trage. Item daß der Hopffen Fingers lang auswachse / &c. Es giebt aber auch die Erfahrung / daß dieses alles von dem Tage / so der kürzeste ist im Jahr / ist der 12. Decembris anfähet / und wachet in der **Christ-Nacht** keinen neuen Zusatz. So schreibt auch Plinius lib. 18. c. 25. Wer weiß nicht / und wem hats Wunder / daß eben auf den Tag / der Bruma heisset / die **Poley** / die sie in den Fleisch-Schernnen fürsehen / anfähet zu blühen. (3) Haltens die Bauern dafür / daß eben in derselben Mitternacht alles Vieh in den Vieh-Ställen aufgericht stehe / die **Säu** ausgenommen / damit sie ihre Leute vermahnem / daß sie auch dem HErrn Christo zu Ehren aufstehen / und in der Mitternacht / als an etlichen Orten gebräuchlich ist / zur Kirchen gehen sollen. Ich halte es dafür / weil man gegen Mitternacht zulezt das Vieh abfüttert / daß es ohne das stehe / entweder daß es auf ihr Futter warte / wenn sich das Gesinde hören läffet / oder daß es davon esse: Geschicht aber das in andern Nächten nicht / ist es billich für ein besonder Wunder zu halten. Wie man saget / daß in der Nacht etliche Bäume blühen / Aepffel tragen / und wieder abwerffen sollen / das Cornelius Agrippa einem sonderlichen

chen künstlichen Impffen / und nicht der **Christ-Nacht** zuleget.)  
*De Solstitiō estivo pag. m. 333. l. 18. c. 28. Histor. Natural. Plin.* De-  
cebat hoc discrimen indubitatis notis signâsse naturam, quamob-  
rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertiq̄ve jussit ipsō  
die folia, & esse confecti fideris signum. Nec Sylvestrium arbo-  
rum remotarumq̄ve, nec in saltus devios montesq̄ve eundum esset  
qværentibus signa: non rursus urbanarum, qvæq̄ve topiario tan-  
tū coluntur, quamqvām & in his illa visantur, vertit *oleæ* ante pe-  
des satæ, vertit *titia* ad mille usus petendæ, vertit *populi albae* etiam  
vitibus nupta. Adhuc parum est, inquit, *ulmum* vite dotatam  
habes, & hujus vertam, &c. *M. Martin. Mylius pag. m. 476. Hor-  
ri Philos. de Pulegiō.* Pulegium, inquit, aridum ipsō *brumali* die  
floreſcere solet. Cic. p. m. 141. a. lib. de Fab. fermè ab initiō, ut in  
*brumali* die natis &c. ex lib. 2. de Divinat. p. 115. a. Nonne, in-  
quit, pudet physicæ hæc dicere, ut enim jam sit aliqua in naturâ  
rerum cognatio, quam esse concedo: Multa enim Stoici colli-  
gunt: nam & *musculorum jecuscula brumâ* dicuntur augeri: &  
*pulejum* aridum floreſcere ipsō *brumali* die, & inflatas rumpi *ve-  
siculas*: & semina *malorum*, qvæ in his mediis inclusa sint, in con-  
trarias partes se vertere: jam *nervos* in fidibus aliis pulsis resonare  
alios &c. vide eadem citata verba pag. m. 14. b. Joh. Ravis. Tex-  
tor. Epith. opere Hesiod. l. 2. op. & dier. vers. 97. Si verò ad Solis  
conversionem (*brumalem*) araveris terram almam (id est, serus)  
sedens metes, paxillum manu comprehendens, pag. m. 105. l. 2.  
sompn. Scip. Macro. c. 7. Cū Sol ad Capricornum venerit,  
facit *hyemem* nobis recessu suō, & illis vicinitate reducit astatem.)  
Mylius pag. m. 216. dict. loc. de populō, *Herculi sacrâ*: vel quod  
(*omitto ceteras opiniones*) Hercules temporis symbolum gerit,  
qvi in diem lucentem seu candidum, & noctem nigram omne  
distinguitur, hanc arborem ei ratione foliorum accommodârunt,  
ut partium temporis symbola essent. Neqve verò hoc tantū  
populus commune cum tempore habet, qvòd arbor sit bicolori-  
bus illis foliis, qvæ præcipuas partes temporis, diem ac noctem,  
referunt; sed etiam qvòd ejus folia post solstitium circumagan-  
tur. Conf. p. m. 101. cent. 2. histor. 46. Acerr. Philol. Laurenbergii.

*Plinius p. m. 280. l. 16. c. 40. Nat. Histor.* Brumâ neque vitiatur, neque finditur, aliàs obnoxium etiam ut torqueat sese findatq̄, quod in subere tempestivè quoque cæsô evenit. Idem p. m. 271. l. 16. Histor. c. 23. mirum imprimis id, quòd ulmo, tiliæq̄ve & oleæ & populo albæ & salici evenit: circumaguntur enim folia earum post Solstitium. Nec aliò argumentò certius intelligitur sidus confectum. Idem p. 9. c. 19. Histor. Nat. *bruma* octavâ in parte capricorni &c. Idem p. 13. v. 41. Quia partibus quoque signorum quorundam sua vis inest, *brumâq̄*, cum tempestatibus confici sidus intelligimus. Nec in avibus tantum tempestatibusq̄, sed multis & corporum & ruris experimentis. Assantur alii sidere, alii commoventur statis temporibus alvo, nervis, capite, mente; olea & populus alba, & salices folia solstitiò circumagunt: Floret ipsò *brumali* die, suspensa in tectis arentis herba Pulegii, rumpuntur intentæ spiritu membranæ, miretur hoc, qui non observat quotidianam experientiam. *Sed consulta experientia apud Laniones negat rei veritatem. Num inde fabula de rosâ Hierichontinâ? vide Saturnalia mea oder Weynachts-Fragen/ part. 1.* Heineccius p. m. 467. ad Phorm. Terent. ad illa verba: Aruspex vetuit ante brumam aliquid novi incipere: Religioni erat superstitione veterum, aliquid magni negotii ante *brumam* instituere, diebus tum decrescentibus, ut ad efficiendum ritè non suffecturis. Quam Poëta ridet obliquè & exagitat. Confer alios Commentar. ad Terent. p. m. 248. act. 4. scen. 4. v. 29. Phorm. *Coler. in Oecon. p. m. 104. Sonderlich istts verboten/ Urhney zu gebrauchen im Wechsel/ id est, in Solstitio brumali, bisß der Tag ein wenig länger wird. David Frölich ad Calendar. anni 1651. In dem Christmonat fällt das Solstitium hybernum, der kürzeste Tag/ und längste Nacht; sind alsdenn gleichfalls die anfallende Kranckheiten am gefährlichsten/ und die Urhney am sorglichsten.)* Communis etiam, ut experimur, rumor est, inter plebem: quòd circa hunc, & hoc ipsò die, homines moriantur. Sic audivi nuper, cum aliquis senex eòdem die vitam cum morte commutaret: Lucie hat ihn doch gleichwohl noch mitgenommen: quasi non essemus mortales omnium dierum. Plin. p. 314 l. 18. c. 6. ait: & circa solstitium avulsas radices filicis non renasci &c. Wendelinus in admirand. Nili c. 7. quòd in *brumâ* crescat Nilus.

Peuce-

Peucerus p. m. 372. b. cap. de reliquis Physiol. gener. Ipsò die  
 Solstitii olea, populus alba, & salices folia circumagunt. Oriente  
 firiò, *parva* avis, ipsò die non apparet, donec occidat, & Thynni  
 marini æstrò corripuntur, occultatur coccyx. Ibid. At qualitati-  
 bus primis impressis aëri, cæterisq; elementis, non eòdem modò  
 afficiuntur mixta omnia. In ipsâ *brumâ* vulgò floret veratrum.  
 Ibid. p. 373. a. septem ante brumam diebus Halcyones nidificant,  
 & totidem sequentibus pariunt. *Vireo*, avis *χλωεῖων* dicta, teta,  
 delitescens hyeme, ipsò die solstitii pervolat. Noctux, sexagenis  
 diebus hyeme cubant, quædam aliò modò afficiuntur. *Caniculæ*  
 exitu mutant vocem, & canere desinunt, pariter *Luscinia* & *coccyx*,  
*Milvi* à solstitio podagrâ afficiuntur.) Observationes rusticas cu-  
 juslibet mensis vide apud *Bucelinum in Nucl. Histor. univ.* annexas  
 Calendario Astronomico prisco. In civitate Solis mutant homi-  
 nes *vestes*, quando Sol intrat Capricornum. *Vid. p. m. 30. Thom.*  
*Campanellam de civitate Solis.*) Mindererus p. m. threnodiæ medic.  
 ex Hippoc. l. de aëre, aquis & locis: præcipit solstitia &c. attende-  
 re, maximas autem anni mutationes valdè caveto, & observato,  
 nullamq; libens in his *medicam potionem* pharmacumve dato, nec  
 urito, nec secato, quod ad ventriculum pertineat, priusquam de-  
 cem aut plures dies transeant &c. Idem p. 390. addit: quòd cir-  
 ca hujus vel illius sideris exortum aut occasum, anni conversio in-  
 cidat, & modò *ver*, modò *æstas*, aut *autumnus*, vel *hyems* incipiat;  
 quibus temporibus morbos vel variari, vel inchoare, aut desinere,  
 prius ipse notaverat &c.) *Lud. Bonaciolus pag. m. 101. de fætûs for-*  
*mat.* Si Platoni credimus, *Cancro* præcipuè animas descendere,  
 vicissimq; per *Capricornum* *Cancro* oppositum ascendere autu-  
 mandum. Atq; ob hoc illam hominum, hanc Deorum ædem,  
 appellitant &c. Attamen falluntur, qui hæc secundum situm,  
 ascensum, descensumve intelligunt, at quoniam unà *Cancri* domi-  
 na generatio, proxima est: *Saturnus* contra *Capricorni* dominus  
 remotissimus: hic per *cancrum*, id est, lunarem vegetalem sensua-  
 lemq; instinctum, animas descendere opinantur; Per *Capricor-*  
*num* verò, id est, per *Saturnum* intellectualemq; institutum ascen-  
 dere ajunt. Etenim *Saturnum* prisca mentem, quâ sola superiora  
 petuntur, nuncuparunt. Accedit ad hæc, quòd *Capricorno* *Sa-*  
turnoq;

turnoque arida vis est, quã dum spiritus ad intima se contrahunt, atque colligunt, ad contemplandum assidue provocant, ac illicitiunt. Contra lunaris humor spargit atque dilaxat, & animulas circa sensilia distrahit. His itaque rationibus per *Capricornum* animas ascendere, per *cancerum* descendere non immeritò autumant. Cicer. pag. m. 143. l. 2. de Nat. Deor. edit. Dresseri in 8. (edit. Sturmii pag. m. 36. a.) in lunæ quoque cursu est & *brumæ* quædam & solstitii similitudo &c. ubi commentar. Dresser. pag. 225. hic in modum. *Brumæ quædam*, id est, solstitii hyberni & æstivi quædam imago existit in lunæ cursu: habet enim perindè ut Sol puncta maximæ sublimitatis, sive exaltationis & humilitatis; quæ vocantur ὑπόγειον, & ὑπεργειον. *Xistus Betulejus* p. m. 155. ad eundem hunc locum: *Brumæ quædam & solstitii*. Hic malè in editionibus quibusdam *bruna* pro *brumæ* legitur. Intelligendæ hæc sunt κατὰ γῆρας ἢ ἀναλογικῶς proportione solaris cursûs. Nec aliter quàm mensem, *lunæ annum* appellari videmus. Lunã siquidem eadem spatia per Zodiacum faciente, licet cursu pro globi lunaris à solari distantia concitariore. Nec mirum est, lunæ *brumas* & solstitia tribui: Cùm Cicero Platonem sequutus, & cæteris Planetis *annum* assignet. Sic enim de universitate scribit: Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cœlum penetrantia, solstitiali se & *brumali* revocatione converterunt, ut hoc omne animal, quod videmus, esset illi animali quod sentimus, ad æternitatem similitum. Plato ibi communi ea nomine τροπὰς vocat.

*M. Bartholomæus Scultetus, Gorlicius, in Prognost. Meteorol. perpet. in fine.* Gelegene Zeit vom Holz fällen: Die beste und gelegensste Zeit zu gutem Bauholz zu fällen fängt sich im Jahr an/ am Sonnenwend des Sommers / umb den 12. Tag Junii / da die Sonne im Krebs eingeht / von dannen ist sie länger je besser / biß hinaus in Winter / da der Tag wiederumb beginnet zuzunehmen / das denn geschieht im Zeichen des Steinbocks auf Lucia; Die Ursache ist/ weil der Tag abnimmt/ daß auch die Feuchtigkeit des Holzes/ davon es wurmfichig wird und verfaulet / allgemach vergehet/ darumb je mehr es trocken im Hauen / je besser und wahrhaftiger es zum Hauen ist. *D. And. Rivinus de Venil. & Salac. s. 27.* Vossius ex Strabone: Annuos verò maris (circuitus) se à Gaditanis accepisse (Posi-

(Posidonius) ait: quippe qui dicant, circa *solstitium* æstivum maximè augeri accessus & recessus maris, conjecturam autem capitis eosdem exindè imminui usque ad æquinoctium, ac rursus accrescere usque ad *brumam*, ab hac decrescere, usque ad æquinoctium vernum; & postea augeri usque ad solstitium æstivum. Mirum verò est, Vossium ita adherere Posidonio, cum jam tum in quibusdam videret ipsi opponi Plinium l. 2. c. 27. asserentem: Aequinoctiis maximè tumentes, & autumnali amplius, quam verno, inanes verò *brumâ*, & magis solstitio &c. *Peucerus p. 395. b. cap. de Astrolog.* Frigidam cœli constitutionem, squalidam, inimicam nascentibus adfert Sol, ubi limitem sui à nobis recessus occupat remotissimum in capricornò; quæ durat, dum & hoc signum & aqvarii priora pervagatur. *Keplerus p. m. 3. 7. l. 3. Astron.* Quanto altior, tantò rectiori radiò ferit planitiem telluris Sol, tantò igitur fortius: Humilis verò ex aliquo terras illuminat, quæ irradiatio, ut aliàs in ictibus, ob declivitatem irrita & imbecillis efficitur. (hac ratione *bruma* est dies frigidissimus.) *Lemmius de occult. Natur. mira. p. m. 246. l. 2. c. 41.* nova plenaque Luna summò æstu implet horâ plus minus undecimâ, eâ parte illustratâ, quæ in austerum reflexa est, Arnemudæ ac Mitelliburgi tractus hora secunda seu noctis seu diei, Zirizæ horâ tertiâ, Luna in occasum *brumalem* seu hybernum conversa, à quo Africus flat, & Sol capricornum subit &c.

### De horis Brumalibus.

*Rhodiginus p. 443. lib. 12. c. 9.* Quod ad horas attinet, ut tollatur, si quis inest apud incultiores nodus aut gryphus: *duodecima*, intelligitur diei ultima: sicut, Naturalis historiæ secundò, undecima hora est, quæ nunc diceretur tertia & vigesima, ut solaria apud antiquos in horas tam diei quam noctis continerentur 12: unde apud antiquos in horas tam diei quam noctis temporales, non æquinoctiales divisa proponebantur, ut singuli dies noctesque continerentur 12, unde apud Cosmographos sextam horam pro meridiè positam invenies. Vitruvius Architectus *Solstitiales horas* vocat: in 69, amplissimas intelligens: sicut è diversò *brumales* appellat horarum brevitates: Sic Plautus in *Pseudolo* *hybernâ horam* pro brevissimâ ponit. Sic enim Simo ait:

Credo

Credo equidem potesse te scelus Massici montis uberrimos fructus  
quatuor ebibere in hora una: Pseudolus verò respondens ait: *hy-*  
*bernâ addito.*) *Blebelius p. 100. b. 3. Sphær.* Quomodo colligitur  
quantitas horarum inæqualium? Longitudo diei solstitialis bru-  
malis ad nostrum Horizontem est 7. horarum, 40. minutorum, 8.  
horæ integræ multiplicatæ per 60. dant 420. quibus si addantur  
40. min. pr. adhærentia, prodibunt 460. hæc divisa per 12. consti-  
tuunt 38. residua 4. min. pr. redigo in 240. secunda, his addo 8 min.  
sec. congregatum erit 248 min. sec. quæ divisa per 12. producant  
20 min. sec. reliqua 8 min. sec. resolvo in 480. tertia, quæ divisa per  
12. dant 40 min. sec. Atq; sic facta est una hora inæqualis diei præ-  
dictæ, videl. 38 min. pr. 20 min. sec. 30. min. 3.) *Keplerus p. m. 309. lib.*  
*3. Astron. Epit.* In obliquis Sphæris, brevissima hyberna sunt cre-  
puscula. *Coler. in Oeconom. p. 107.* nach Lucie nehmen die Chronici  
morbi im Menschen ab. idem pag. 110. **Luzze/** sagen die Bauern/  
**machtet den Tag stuzze.** Denn da hebt er wiederumb an zu lang-  
gen/ und kömmt die Kälte gegangen; denn da ist der Tag nur 7. Stun-  
den und 30. Min. lang/ und die Nacht 16. St. und 30. Min. und  
nun höret das tempus brumale auf/ welches so lange währet/ als der  
Tag kurz wird/ wie etliche wollen: ) *dies an mascul. tantum pro 12.*  
*horis, pro tempore verò fœmininum?* *Neg. R. Goclen. p. m. 120.*  
*lib. 2. problem. Grammat. c. 63.* Repugnant exempla Ciceron. &c.  
Nec perpetuum est, *dieculam* significare exiguam temporis moram  
seu aliquam temporis durationem; cum etiam significet brevem  
diem, qualis est *brumalis*, *ἡμερίδιον*. p. m. 684. Lex. anonym. Græc.  
s. 48. *Blebelius adhuc p. 194. lib. 3. Sphær.* die 13. Decembr. Sol in-  
greditur Capricorn. estq; solstitium brumale, in cuius principiô de  
æquinoctiali oriuntur 302. grad. 29. min. signa oppositi ascensio  
est 57. grad. & 31. min. à quo dum subtractio fieri nequit, adjungo  
ei integrum circulum, id est, 360. grad. & congregatum erit 417.  
grad. 31. min. à quo nunc subtraho ascensionem Solis, & relinqvun-  
tur 115. grad. 2. min. qui divisi per 16. producant 7. horas. Residuos  
10. grad. per 4. redigo in minuta 40. adhærentia gradibus 2. min.  
per 4. redigo in sec. 8. prodibit præcisè longitudo *brevissima diei*  
in horis & minutis 7. hor. 40 min. pr. 8. min. sec. *Barthius p. 318.*  
*b. ad Claudian. de laud. Stilic. lib. 4. vers. 150.*

*Brumâ*



— *Brumâ* ne longior unâ

Effet *hyems rerum* : primis sed mensibus ortam  
Temperiem cælo pariter belloq; referret.

(*hyems*, id est, tempeſtas belli.) *Macrob. p. m. 218. lib. 1. Saturnal. c. 16.* Apud Ægyptios Apollo, qui est Sol, *Horus* vocatur. Ex quo & *horæ*, 24. quibus dies noxq; conficitur, nomen acceperunt. Et 4. tempora, quibus annuus orbis impletur, *horæ* vocantur. Iidem Ægyptii volentes ipsius Solis nomine dicare simulacrum, figuravêre, rasô capite, sed dextrâ parte crine remanente. *Servatus* enim *crinis* docet solem naturæ rerum nunquam esse in opertô: *denti* autem *capilli*, residente radice monstrant, hoc fidus etiam tempore, quo non visitur à nobis, rursus emergendi, uti capillos habere substantiam eodem argumentô significatur; & tempus, quo *angusta lux* est, cum velut abrasis incrementis angustaq; manente exstantia ad minimum diei Sol provenit spatium, quod veteres appellavêre *brumale solstitium*, brumam à brevitate dierum cognominantes, id est *βραχὺ ἡμῶν* &c.

*Ægydius Gravatinus, Rocchensis Eremitanus (Antverp. Anno 1609.)* in summâ de exemplis & rerum similitudinibus, p. m. 267. 6. cap. 87. lib. 5. de animal. terrest. Officium Ecclesiæ sollicitè & integre dicere, id est, omnes horas diurnas & nocturnas *Onagri* nos monet exemplum, de quo Physiologus dicit, quod semper rugit in die toties, quot horas dies habet, & similiter facit in nocte: Ex quo perceperunt Philosophi *æquinoctium*, quia tunc duodecies rugit in die, & toties in nocte; Ergò si onager non dimittit horas, ita multò minùs Ecclesiasticus jacere debet. *Keplerus pag. m. 706. Astron. lib. 6.* Quando explorant altitudines Solis meridianas quadrantibus per omnes anni dies, deprehendunt, Solem à die *Brumæ* paulatim fieri altiorem, in meridiis sequentibus, usque ad diem solstitii, idq; initiô, circa *brumalem*, & in fine, circa solstitialem diem, planè insensibiliter.) Quomodo verò dies crescat *ad saltum pulicis*, uti loquuntur Galli, seu ut Germani dicunt, secundum Etymologiam *gradus*, ad gradum galli gallinacei, vide Origanum in Ephemerid. & L. Müllerum Prof. Publ. Lips. in MS. commentar. super Blebel.) *Majolus p. m. 48. colloq. 1. dierum canicul.* Id in Thyle insulâ contingere, ut scil. solstitiô nulla nox sit, *Brumâ* nul-

lus dies, scribit eodem lib. 4. c. 19. Plin. sicut & in Britannia idem  
 contingere testatur lib. 2. c. 7. Mela habet lib. 3. c. 3. In *Thyle* Bel-  
 garum litori appositâ Sol longè occasurus exsurgit, breves noctes  
 sibi esse per hyemem obscuras, æstate lucidas, quòd per id tempus  
 Sol vicinò splendore proximè illustret, solstitio nullæ noctes, quòd  
 sese Sol ostendit: Cui assentitur & Isidorus Etym. lib. 14. c. 6. & no-  
 vissimè Surius in Commentar. sub anno Domini 1537. sed & Solin.  
 c. 24. In *Thyle* (inquit) circa Britanniam solstitiò nox penè nulla,  
*Brumali* nullus dies, ut ortus sit junctus occasui. Idem pag. 49.  
 Et hoc est, quòd Cæsar Comment. lib. 1. tradit, quibusdam Iber-  
 nicis & Britannicis Insulis noctem sub *Brumâ* dierum 30. esse.)  
*Erasmus Smidius in Calendar. Papistic. ex Lombard. ad diem 13.*  
*Decembr. Lucia quasi lucis via. VVolfgang. Heiderus lib. 4. p.*  
*In die Lucia 1622.*

Quid, *Lucia*, tuis, quid fers ò diva quasillis?  
 Nil fero, quàm *minimam*, res tibi nota, diem,  
 Et simul è tepidis obsonia paucula cellis,  
 Quæ tamen hóc durò diriguère gelu.  
 Munera grata piis, longè sed amicus illud,  
 Quòd Dominum paucis antevenis gradibus.  
 Et sacra, quæ festò celebrat Natalia plausu,  
 Turba vocata DEO, turba dicata DEO.

*Honor. Solitan. Augustinensis de imagine mundi pag. m. 110.* Sol-  
 stitium, quòd Sol stet, scil. quòd altiùs cælum scandere non va-  
 valeat, sed retrò gradum flectat. Æstivum solstitium non octa-  
 vò, sed duodecimò Calend. Jun. horoscop. Horologii de annò  
 habendum, quòd noctem brevissimam diem datam longissimam,  
 cum scandit Cancrì signum. Hyemale quoque solstitium non  
 octavò, sed duodecimò Calend. Decembr. habendum, eadem  
 ratione probatur, cum Sol in Capric. positus brevissimum diem,  
 longissimam noctem facere non ignoratur. *Raderus in Martiab.*  
*pag. 338. lib. 4. Epigr. 47.* contingit bis in annò solstitium, cum  
 evasit in summum cælum, ut æstate 8. Calend. Jul. & ad imum de-  
 scendit, ut solstitiò hybernò 8. Cal. Januar. Virgil. lib. 1. Georg.  
 Manilius, alii (in margine addit:) Solstitium simpliciter positum  
 æstivum significat:  $\pi\epsilon\pi\eta\eta$   $\text{Jeeivn}$ . *Bruma*,  $\chi\epsilon\text{ipueivn}$ . Heraldus  
 plura.

plura. Manil. l. 5. *Macrob. pag. m. 105. l. 2. in somn. Scipion. c. 7.*  
Constat autem Solem, neque sursum ultra cancrum, neque ultra  
capricorn. deorsum meare, sed cum ad tropicorum confinia per-  
venerit, mox reverti: unde & *solstitia* vocantur. *Rudolph. Snellius*  
*in Spher. Cornel. Valer. pag. 67.* Solstitii Etymologia est, sive no-  
tatio vocabuli: Solstitium scil. inde esse dictum, quod longissimo  
die Sol stare videatur. Dicitur igitur quasi *Solstaium*; tum enim  
Sol cursum suum inhibet, & consistit, nec propius ad nos accedit.  
Idem pag. seq. 70. Sequitur ultimus circulus, Trop. scil. Brumalis.  
Est autem limes Solis austrinus, quia indicat Solem non progredi  
ulterius in meridiem, sed converso cursu se recipere in aequilonem,  
& ad nos: quæ conversio in primo fit puncto capricorni. Inde  
& hoc signum Capr. nomine appellatum volunt, allusione ad na-  
turam Capricorni, & proprietatem Solis in hoc signo. Nam,  
quemadmodum, ut ait Johann. de Sacro Busto, Capricornus dum  
pascitur ad montes & parietes se erigit; simili ratione Sol in hujus  
signi ingressu erigere se ab inferiore hemisphæriō, & paulatim al-  
tius supra horizontem currere, adq; nos redire incipit. *Macrob. p.*  
*220. lib. 1. Saturn. c. 16.* Capricornus ab infimis partibus ad super-  
na Solem reducens, capræ naturam videtur imitari; Quæ dum pa-  
scitur, ab imis partibus semper prominentium scopulorum alta  
depascit. *Annotat. Herman. Figuli in Horat. carm. l. 2. Od. 6. ad*  
*verbum tepida bruma: calidas & temperatas hyemes: Est autem*  
*dicta bruma à brevitatem dierum, Βραχυ ἡμαρ, tum enim brevissi-*  
*mus est dies: quando est solstitium hyemale, Sole ingrediente*  
*Capricornum. Michaël Barthius, Annæberg, p. m. 262. ad Eclog.*  
*7. Virgil. Solstitium pecori defendite: Est verò & dicitur apud*  
*Latinos Solstitium tantum æstivum, ἡρόπῃ verò hyemalis iisdem*  
*est Bruma, sed ex Græco Βραχυ ἡμαρ, ut notavit Scaliger: neque*  
*obstat versus Virgil. in Georg.*

*Humida Solstitia atque hyemes orate serenas.*

Nam de æstivo tantum loquitur per enallagen numerorum: Eadem  
ferè habet p. m. 67. in hunc loc. Virg. l. 1. fermè ab init. *Berlmannus.*  
*Scalig. p. m. 292. Exercit. 78.* Æquè in Capricorno videmus desiderare  
Solem, atq; in cancro. Nemo tn. eorum, qui castè integrèq; in Lat.  
ling. versati sunt, *solstitium* hyem. sed *brumam* illud tempus appella-  
runt:

Sanè pastores, messorésqve Romani per solstitium haud pauca incommoda perpetuò ex æstu percipiebant, hyberni solis absentiam minus patiebantur. Tùm quia hyems ibi minùs ferox, tùm quia æstuum absentia non facit desiderium. Quâ tempestate, solutò ac geniali victu moras noctis fallebant, aut etiam gratas efficiebant. Atqve hoc quidem à vulgo agrestium &c.) *Tomo Thesaur. Critici Gruteri p. m. 570. c. 17. Job. Castalion. 1. c. variar. lect.* Multos lingvæ latinæ ignorantia, in magnos errores incidisse, animadverti: Mirari autem satis non possum, quamobrem viri quidam benè docti & in literis exercitati, quorum certè famæ detractum nolim, aliter omninò, quàm sententia postulet, Virgilii versus Georg. lib. 1. interpretentur.

*Humida solstitia, atqve hyemes &c.*

Non enim dere, qui dum se Astrologos ostentarent, ridicula quædam ad eum locum libris editis tradiderun. Duo esse solstitia, æstivum alterum, alterum hyemale, de utroqve Virgilium sensisse, pluviamqve iis tum æstate, tum hyeme aliaqve id genus monstra. Longè verò aliter exponendum esse Vergilii locum, optimi Latinæ lingvæ auctores ostendunt, *Solstitium* enim pro æstate, cui hyems opponitur, ab ipso Vergiliò usurpatum est. Ecloga septimâ: *Solstitium* pecori defendisse, jam venit æstas. Lucretius lib. 5. & ipse pro solstitiò æstivò, ut isti loquuntur, accepit.) *Laurent. Valla l. 5. Elegant. c. 6.* Stare est non ire, in his duntaxat, quæ erunt sine pedibus, aut quæ erecta non sunt: ut navis stat, flumen stat, currus stat, *Sol stat*, unde est *Solstitium*, & *justitium* &c. *Becman. p. 716. de L. L. Orig.* Solstitium quasi Solis statio, quando ad tropicos venit, sistitur quodammodò, & repetit inde priorem viam, *Gloss. ἡλιοστασία*, ut lectistitium, in *Gloss. Isidor.* (Ex verò, secundum meam quidem sententiam, veteres australiores illud tempus tantùm *Solstitium* voluerunt & potuerunt dicere, quò Sol, ad tædium magnum, (non tam ad tropicum *canceri*, quàm) supra, vel quasi capita radiis suis intolerabilibus morari, & quasi per aliquot dies subsistere visus fuit: quam molestiam per reliquos anni menses non perpeffi sunt: unde & de aliò solstitiò, præter unicum illud, non potuerunt præsumere seu conqveri, præsertim rustici, astronomiæ imperiti. *Becm. in Orig. L. Ling. p. 716.* ubi concludit: Ergò herba solsti-

solstitialis, quæ cunq; tempore solstitii; nocte præsertim frigidiuscu-  
 lâ, ut solet & virulentâ, subnascitur, & postea calore Solis diurni,  
 qui tum maximè sævit, moritur, aut certè langvescit. *Rhodig. p. 1110.*  
*l. 29. c. 4. lect. antiq.* Solstitialem brevis vitæ dici à Plautô, Epithe-  
 tû concinnô, sic enim in Pseudolô scriptum invenias: *Quasi solsti-*  
*tialis herba, &c.* Repentè exortus sum, repentinò occidi: Colu-  
 mella *solstitialem* vocat spinam rei rusticæ l. 2. vel quia solstitiô pro-  
 veniat, vel floreat, ut putant *Heliotropium* quidem & *lupinum* cum  
 Sole circumagi, Plinius scribit, sed *heliotropium* nocte cœruleos  
 contrahere flores, sideris de siriô. Ad quod Plautum respicere su-  
 spicabatur aliquis, in probabilius fortè fit, Plautum universum,  
 herbas intellexisse, vel flores, unô tantùm perseverantes die, aut  
 spatiô prorsum minimô, quoniam & solstitium unius diei est, Sole  
 videlicet cancri obtinente partem primam. Plinius lib. 14. acino-  
 rum (inquit) labrusca pari æstu moritur potius, quàm reliqui, qui  
 solstitiales vocantur, universi nunquam maturescunt. Et apud e-  
 undem Plautum in Trinum: *Solstitialis morbi*: Solstitialem verò  
 intelligunt ægritudinem, quàm *Siriasin* vocant, quando nimia so-  
 lari exustione, quæ provenit in primis, quum astrum Sirius dive-  
 xat Sol, carbunculantur arbores, & intermoriuntur &c. Confer  
 D. Simon. Pauli p. 59. a. part. 2. postill. de animali *Ephemer.* Fab.  
 in Lex, p. m. 317. a. ex Juvenal. Sat. 9. de ephemera arbore, hederâ,  
 seu cucurbitâ super capite Jonæ, Simon Majolas p. m. 675. colloq.  
 21. idem de pisce ephemerô p. 364. colloq. 9. De Ephemerô prin-  
 cipatu, p. 779. de insectis brevis vitæ p. 182. colloq. 5. Arist. histor.  
 animal. l. 1. c. 5. & lib. 5. c. 19. Plin. l. 11. c. 36. Ælian. histor. l. 5. c.  
 43. *Hemerobii.* Ælian. l. 2. c. 4. Ovven. p. 76. Epigr. 14. b. unô.  
*Solstitium.* In Ponticum atheum:

*Solstitium vita mors est; Sol stare videtur,*

*Non stat, homoq; cadit, Pontice, non moritur.*

*Schönborn. pag. m. 110. de 4. anni tempor.* Hybernum solstitium fit,  
 cum Sol Capricornum ingreditur, ubi & humilimus est, maximè  
 quæ à vertice nostrô in austrum abjectus, & spacia lucis brevissima  
 describit. Latinis illud propriè & absolutè solstitium: hoc bru-  
 ma à dierum brevitate, quasi *Βεραχὺ ἡμαρ* dicitur. *Solstitia* vo-  
 cantur, quia intra has metas Sol obliquum suum motum coercescit.

in dimidio circulo Zodiaci ascendens versus Boream, in altero pari ratione in Austrum descendens: & in his ipsis punctis Sol aliquandiu penè consistere videtur, quia hic incrementa dierum inter duos ortus Solis minora, minusq; sensibilia sunt, quàm circa æquinoctia, cum illic subito in alias atqve alias partes devolvatur Sol, & conspectiora faciat dierum incrementa vel decrementa. De his notent adolescentes distichon vetus:

Hæc duo solstitium faciunt; *Cancer, Capricornus*:

Sed noctes æquant *Aries & Libra*, diebus.

Alibi in certis diebus Calendarii hæc adscribunt:

*Lampert, Gregori*, nox est æqvata diei:

*Vitus, Lucia*, sunt duo solstitia.

Confer p. 266. Chytræum in Grammat. *M. Sebast. Theodorici*  
in quest. Spheric. part. 3. pag. 144.

Retinentne hæc puncta perpetuò eandem sedem?

Non retinent, sed eam dupliciter mutant. Primò secundum longitudinem, ut puncta æquinoctialia æquali velocitate loca stellarum fixarum prætereunt, eaq; advertunt: ideòqve etiam dies solstitiorum anticipant. Nam solstitium, quod tempore nativitatis Christi incidebant in 24. Junii, hodiè contingit 12. die ejusdem mensis. *Bruma* verò, quæ nascente Christo fiebat 25. Decembris, hodiè cadit in 12. diem mensis ejusdem. Secundo quod attinet ad latitudinem. Nam Ecliptica paulatim ad æquatorem propius vel accedit, vel ab eodem longius recedit. Copernicus enim ex multorum temporum observationibus deprehendit, maximam declinationem Solis, hoc est, distantiam Eclipticæ ab æquatore esse 23. grad. 52. minut. Minimam verò 23. grad. 48. min. Differentiam autem, quia vel crescit vel decrescit, 24. minutorum. Atqve hunc motum in latitudinem accedendo ad æquatorem, vel ab eodem recedendo perficit, ut idem Copernicus docet, annis 1717. Ita ut annuatim minutis 6. sec. 18. ter. 24. quart. 9. Dietim verò sec. 1. tert. 2. & quar. 2. propius ad æquatorem accedat, vel ab eodem removeatur. *Joh. Bapt. Ricciolus pag. m. 21. a. Tom. 1. part. prior. lib. 1. cap. 160. de Spharâ: Solstitia ita dicta sunt, tum quia Sol, ubi ad initium & Tropicum*

picum 69 aut capr. pervenerit, non declinat ulterius ab Æquatore ad polos mundi; sed sistitur intra illos terminos, & flectit cursum versus Æquatorem; *tum* quia illis diebus adeò insensibilis est differentia in quantitate dierum, & meridianarum altitudinum Solis, & umbrarum, ut Sol stare videatur in eodem parallelo.

### In Scholiis additis.

Cui solstitium fit in Meridie, illi polus Eclipticæ est in Meridiano & altiùs polo mundi gradibus 23. m. 30. si solstitium sit hybernium apud boreales; depressior sit æstivum.

*Idem cap. seq. XVI. pag. 21. 6.* Fiunt autem solstitia ingrediente Sole Cancrum, & Capric. nempe circa diem 21 Junii & Decemb. anni Juliani correcti, tribus scil. diebus ante Nativitatem S. Joh. Baptiste, & Christi Domini, itaque à 15. præsertim Augusti, illud dictum h. 10. Bapt. (*illum oportet crescere, me autem imminui*) exponitur de hoc quoque dierum incremento: eò quòd Christus natus sit illò die, quò jam incipiebat crescere dies, & S. Johannes Baptist. quò incipiebat minui: illò enim seculò solstitia fiebant circa 24. & 25. Junii & Decemb.

*Idem Ricciolus pag. 131. lib. 3. de Sole part. 1. Tom. 1.*

*Vitus, Lucia tibi dant solstitia bina,*

Quò innuebatur, solstitia cadere in diem 15. Junii, S. Vito 13 Decembr. S. Lucia dicata &c.

### Modus observandi Solstitia.

III. Primum si diem tantummodò solstitii inquiris, neglectis horis, observanda est circa diem solstitio deputatam in Calendario aut Ephemeride, Altitudo meridiana Solis Quadrante, aut Quadratò Astronomicò, aut similibus organis; vel umbra meridiana & recta Gnomonis Horizonti perpendicularis. Nam quo die deprehensa fuerit altitudo Solis maxima, ita ut non amplius accedat ad tuum verticem: aut umbra Gnomonis minima; illo die naturali concludes factum esse solstitium æstivum. At quo die circa *Brumam* inventa fuerit minima Solis Altitudo, inter omnes anni Altitudines Meridianas, aut prolixissima umbra meridiana, illo die naturali factum solstitium hybernium arbitrator. Sed dies solstitii utriusq; evidentiùs in meridiè observatur, si Gnomon valde altiùs.

altiùs fuerit, qualem *Gassendus* in vitâ *Peireskii* describit Massiliæ  
usitatum jam inde à tempore Alexandri Magni à Pitheâ Massilien-  
si, qui *solstitialem umbram* à meridie reperit partium 213.  $\frac{1}{8}$ . qua-  
lium Gnomon erat 600. At ibidem *Gassendus* usus est Gnomone,  
altô pedes Regios 52. reperitqve in solstitiô æstivô umbram meri-  
dianam partium 31950. qualium Gnomon 90000. Unde colligit  
obliquitatem Eclipticæ esse nunc eandem, quæ tempore Alex.  
Magn. &c. vid. ibi additum exemplum, etiam horæ solstitii. *Da-  
vid Origanus* in *Thematologiâ brevi F. 1. b.* cumqve Solem lucis &  
caloris autorem in planô horizontis diversimodè orientem & oc-  
cidentem plebei homines, quos cura aliqua cæli tangit, circa *bru-  
mam* præcipuè diligenter observent, quando dies brevissimi, noctes  
longissimæ sunt, & tempus ipsis ob duram tristemq; hyemem mo-  
lestissimum est; ut quô tandem, peractô solstitiô & factâ conver-  
sione Sol hybernâ, in spem eriguntur, Solem sensim rursus ad nos  
redire, dies prolongare, & radios rectiores ad terram dirigere;  
jamq; circa Epiphantias Domini animadvertunt, Solem à maximô  
in Austrum deflexu sese nonnihil versus æquatores convertisse,  
dicere vulgò solent, Galli quidem *ad saltum pulicis*, Germani verò  
*ad passum galli* diem crevisse; non quòd vel *salibus pulicis*, vel e-  
tiam *passibus galli* diem metiamur; sed quòd ad tantum ferè, quoad  
apparentiam, intervallum, Sol à maximâ in Austrum digressionem  
versus æquatores videatur movisse, quod absqve accrementô diei  
feri nequaquam potest. Astronomi has digressiones Solis, à me-  
ridie æquinoctialis ortu, *amplitudines ortivas* vocant, sicut & quibus  
Sol ab æquatoris occasu versus Septentrionem vel Austrum defle-  
xit, *amplitudines occiduas* appellant. *M. Enoch Hanemann* in  
*Disp. de Crepuscul. §. 14. &c.* Crepuscula insuper diversis horis ap-  
parent & disparent. Gemma in supplemento Astrolabii patris sui  
(referente Fromondo) tales ponit terminos Auroræ & crepusculi  
Lovaniensis: Solstitio æstivo, horâ primâ noctis & 36. minut. Au-  
rorâ emergere incipit, horâ decimâ vespertinâ & 24. minut. cre-  
pusculum se componit. *Solstitium brumale* h. 6. manè & 4. min.  
primam lucem fundit, hor. 5. vesperi & 56. minut. novissimam  
supprimit. Utroqve æquinoctio h. 4. & totidem minut. Aurora  
fores pandit, vesper, h. 7. & min. 56. crepusculum claudit. In  
nostrâ



nostrâ poli elevatione, quæ *Lipsiæ* est, circa solstitium æstivum tota nox est crepuscularis; quia tropicus cancri secundum distantiam brevissimam, ultra sedecim gradus non abest ab horizonte, cum tamen ultimus crepusculorum terminus sit 18. grad. donec tandem Sole cursum vertente & ad æquatorem accedente, matutinum & vespertinum crepusculum disjungi incipiant. Nec est, quod nobis quis objiciat, ita noctem excludi diebus æstivis; cum initium, medium & finis crepusculorum probè sint distingvenda & potius ad noctem, quàm ad diem referendum, quod est infra medium crepusculorum. Cum autem nostra elevatio poli *Lipsiensis* cum *Lovanienfi* paucis exceptis minutis congruat, & *Gemma* eosdem nobiscum crepusculorum terminos ponat, de ipsâ crepusculorum ἀκμῆ verba ipsius jamtum allata, intelligenda persuasum nobis habemus.)

*Ex alio autore.*

*Sol quomodo remotior dicatur æstate, quàm hyeme?* Astronomi statuunt multis millenis miliaribus Solem ascendere magis in altum, seu à terræ superficie magis recedere æstate, quàm hyeme. Ita solstitio Capricorni ad solstitium Cancri, ac deinde à solstitio Cancri ad Capricorn, rursus descendere: hujus rei aliquot assignant rationes, (I) est *Physica*, quia Sol in majore remotione magis calefaciat propter angulos radios ejus reflexos magis duplicatos ut in æstate, minus ut in hyeme. (II.) & *ex observatione*, quia Sol remotior æstate, quàm hyeme in instrumento observatorio appareat. (III.) *ex inequalitate temporis* semestris æstivi & hyberni, cum æstivum sit ferè 7. diebus longius hyberno, ab æquinoctio, uno ad aliud computando: quia ver constat 93. æstas 93. dieb. 186. Autumnus autem 90. hyems 89. quæ faciunt 179. dies. (IV.) *ex motûs diurni tarditate*, quia Sol minus spatii motu proprio in 24. horis conficiat æstate, quàm hyeme; atque hæc esse vera, nulli præsumitur dubium. Sed ego contra receptas illas Hypotheses *Eccentricorum* & *Concentricorum* Solis & superiorum planetarum statuo. Terram immobile centrum *stellarum fixarum*, primi mobilis & totius mundi, *Solis seu Solaris orbis centrum* à terrâ convenienti distantia remotum: Solem ipsum seu solaris corporis centrum, superiorum planetarum orbium vel *Epicyclo*rum idem esse, ut h. 4.

F

terram

terram intra suos ambitus includant, Venerem & Mercurium cen-  
 trum quoque habere Solem, cujus anteambulones & pedissequi  
 sunt. Sed ita ut suis gyris & terram non ambient. Lunam verò ter-  
 ram suò circuitu respicere. Quæ si vera sunt, veluti indubitatè ha-  
 bentur &c. Verùm *cur Sol major appareat*, & ideò propinquior æ-  
 stimetur hyeme, quàm æstate, præter communem rationem ante  
 allatam, *causa quoque optica* id demonstrat: quia hyeme aër sublun-  
 naris est crassior, propter condensationem, quæ fit à frigore. Per  
 crassius autem Diaphanum corpora majora apparent, si modò te-  
 nuus illi sit continuum vel contiguum aliud Diaphanum; quòd  
 si supralunaris aër sive æther esset semper unus idemque in crassi-  
 tie & tenuitate, tamen sublunaris observatione valdè variaret, pro  
 crassitie & tenuitate suâ majore vel minore. Idem demonstrant  
 illa optica instrumenta cum duplici vitrò, primò crassò & excava-  
 tò: alterò tenuiori, quæ objecta visiva immensum ingrossant aut  
 diminuunt, pro diverso respectu. Quam meam sententiam video  
 quoque aliis placuisse, utpote Hieronymo Montium, qui ex Ale-  
 xandro Benedicto; Stellæ minutæ melius, inquit, apparent hyeme,  
 in crassiore aëre, quàm æstate. Inde specilla quò crassiora sunt,  
 eò majora visibilia objecta repræsentant. *Benedictus Aretius p. 1021.*  
*de interitu Mundi problem. Theol. part. 2. itidem affirmat, quòd*  
*Sol nobis fit propinquior.) Plura hâc de re quære in Dissensibus*  
*nostratum & centuplici usu elevationis polaris. Ex D. Francò*  
*de signis extremi diei, & disput. Tassii contra Jesuitam de constan-*  
*tiâ poli.*

*Jul. Caf. Scalig. p. 540. m. ad Arist. lib. V. de Hist. Animal.*  
*cap. IX. §. LX.*

Dixit, ἡ δὲ Ἀλκυὼν: satis erat. αὐτὴ γὰρ ὡς ἰσοπλάσις: nun-  
 quam signatius est locutus. Nam 7. dies ante æquinoctium, & 7.  
 post, obsident æquinoctium. Nota ἐνδεινὰ tranquillum hîc signi-  
 ficat. Namq; tunc navigant omnes tutò. Sed *Plantus: Alcyonia*  
*sunt, juxta forum lites tacent, i. e. forum est quietum. Mox Philo-*  
*sophus reddit causam, quare mare fit tranquillum. Dixit νοτίος. Et*  
*ἐνδεινόν & νότιον, simul esse possunt. Itaque infra de insectis scribit,*  
*ἐνημέριαι καὶ νότιαι: potest flare Auster tenuis nullum fluctum exci-*  
*tans, & hinc maximè navigare. Neque magis serenum, quam tran-*  
*quillum*

*quillum* dices, ut Theodorus. Namque etiam nubilò cœlò, quod etiam Austrò flante contigit, potest esse tranquillum. Neque *Alcedines* quærun't serenum, sed mare vacans fluctibus, parit enim iuxta mare. Itaque dixit Aristoteles ex Simonide, λαυθανεμον, τροπήν *brumam*. Neque enim dicas *Solstitium*, ut quidam. Est enim *bruma* βραχὺ ἡμᾶρ ποιήσεν, non est otiosum. Est enim ποιητής Simonides. Nos commodissimè effinxit. Sic Galenus cum alibi, tum in in quarto de officiis partium: ὁ δ' ὑσεία γραφῶν ὁ ποιητής, ὠδεῖν μέλλοντα ξίφῳ ἐποίησεν. Apud Plinium l. 20. c. 32. Hanc historiam ferè ad verbum expressam licet videre: circa enim Vergiliarum occasum *Alcyones* conspiciuntur, aliàs rarò. Vergiliæ autem occidunt appetente hyeme, secundo lib. c. 27. 18. c. 25. historiæ naturalis, post æquinoctium hybernum. Itaque si æquinoctium æquilonium bruma austrina sequuta fuerit, mulcet Jupiter hyemis furorem. Πινύσκη temperavit. Ut & Horatius fortassè Simonidem imitatus: Jam veris comites, quæ mare temperant, impellunt animæ linthea Thraciæ: De favoniis ventis qui circa VI. Idus Februar. flare incipiunt, loquens mirâ certè jucunditate. Quoniam furorem hyemis ad molestiam redigit atque castigat, ac mulcet.

*Gaudentius Merula in memorabilibus lib. 3. c. 44. cuius tit. que aves non ubiq; nidificent? p. 220. Alcedones tantum habent maria, quibus incubantibus summa est aquis tranquillitas. Unde in Cas. Plauti comicorum Poëtarum festivissimi, & elegantissimi scomma est incelebre. Alcedonia sunt circa forum. Ammian. Marcell. l. 23. p. m. 233. Ibi & aquæ sunt, (sc. in Tauricâ Insulâ) & candidæ aves nascuntur, Halcyonibus similes, super quarum origine, & Hellepontiacis præliis suò tempore differimus. Ad hæc verba ait Lindenbrogi<sup>9</sup> p. m. 112. in observat. Videtur, inquit, significare stagnum aliquot propè templum esse, in quo manè quotidiè alas madefaciant, ad templum extergendum aves. Rem narrat Arrian. in periplò, sed ad mare usque aves illas volare ait. &c. vide plura, Gesner. p. 87. lib. 3. de Alcyone. Halcyonem videri rarissimum est, (ut in A. etiam retuli ex Arist.) nec nisi vergiliarû occasu (in occasu heliaco pleiades, i. e. à quarto nonas April. vere, Albes) & circa solstitia brumare nave aliquando circumvolutâ statim in latebras abeunte Plin. Idè p. 87. de diebus Alcyoneis: Ex Aristot. & Simonide 7. primis diebus nidû avē hanc fertur conficere, reliquis 7. parere, educareq; pullos.*

Græca verba Simonidis sunt : ὡς ὠπόταν χειμέριον κατὰ μῆνα πι-  
νύσκη (temperat, castigat, πινύσκη ποιῆ, σοφρονίζη) Ζεὺς ἡμάτε τέσ-  
σαρα καὶ δέκα, λαιθάνεμον τέμιν ὄργην καλέεσιν ἔπιχθόνιοι, ἱεραὶν  
παιδοτρόφον ποικίλας ἀλκύνον. Solstitio (brumali) maximè sunt  
insignes halcyones. Dies earum partus maria quoque navigant,  
novere Plinius.

Vide permulta apud Gesnerum pag. 89. ex variis autoribus.  
Gesnerus p. 160. lib. 3. de Anseribus feris : Anseres feri incipiunt  
coire post *hyemale solstitium*.

Vossius lib. 3. *Idolol.* c. 82. pag. 1172. de Halcyonum ingeniò.  
Vossius l. 2. *Idol.* p. 311. c. 2. Quòd verò Solem nunc propiorem,  
putant terris, quàm olim, in qua sententia non Melanchthon so-  
lùm, sed Cardanus lib. 3. subtilitatum, etiam aliis præivit : id pla-  
nè falsum esse, jure ait Christophorus Rothmannus in Epistolis  
Astronomicis Tychonis Brahe p. 131. videturque is error promanàs-  
se ex Copernico malè intellecto.

Vossius p. 315. l. 2. *Idol.* c. 2. A quibus, sed improbante Co-  
pernicò, Ptolemæus recedit : Ut qui motum Solis ordiatur, vel ab  
Æquinoctialibus punctis, quæ sunt in principiis Arietis & Libræ,  
vel à Tropicis, seu initiò Cancris & Capricorni. Quò pactò annus  
fuerit inæqualis, quia æquinoctiarum & solstitiorum puncta nunc  
magis, nunc minus recedant à sideribus adfixis.

## De Crocodilo.

*Salmasius* pag. 453. n. 2. ad cap. 32. Solini : in Exercit. Plin.  
*Hyeme nullum cibum capiunt* : manifestè hòc locò deprehendi po-  
test utriusque Editionis Lectio : hyeme nullum cibum capiunt,  
quin etiam quatuor menses à cœptu *brumæ* inedia exigunt. Scri-  
pserat in priore, quin etiam quatuor menses à cœptu *brumæ* inedia  
exigunt, in alterâ verò *hyeme* nullum cibum capiunt. Et ingenuè  
tamen fateor, incertum me habere, utrius Editionis utra scriptura  
sit? illud certum, utramque hêic simul legi : Plinius : quatuorque  
menses hyemis inedia semper transmittere in specu, lectio quam  
priore locò posuimus, propiùs exprimit Plinianam. Connexio  
ipsa inde lata, & ordo : Plinius : hebetes oculos hoc animal dicitur  
habere in aquâ, extra acerrimi visus : quatuorque menses *hyemis* &c.  
Solinus

Solinus simpliciter: in aqua obtusius vident, in terra acutissimè, quin etiam obtusius vident, in terra acutissimè: quin etiam, quatuor menses à cœptu *brumæ* inediã exigunt: altera sine connexionē est: in terra acutissimè *hyeme* nullum cibum capiunt. Herodotus, τοῖς χειμεριώτοις μῆνας τέσσαρας ἐσθίει ἕδεν. Aristot. φωλέουσιν οἱ κροκόδειλοι ποιάμοι τέτταρας μῆνας τοῖς χειμεριώτοις, καὶ ἕκ ἐσθίουσιν ἕδεν. Inde habet Plinius, qui φωλεῖν vertit transmittere in specu. Melius dixisset *latitare* urfi qui φωλέουσιν, Tempus τῆς φωλείας in specu propriè transmittunt, ut pleraque alia terrestria animalia φωλέουσι. Sed non omnia omninò quæ φωλεῖ in specubus latet, nam, ut inquit Philosophus, ποιείται τὰ ζῶα τὰς φωλείας ἀποκρυπτόμενα &c. Serpentes aliæ sub terrâ latitant, Viperæ sub saxis conduntur. Crocodilus, qui ἀμφίβιος, est tempore suæ φωλείας extra aquam, non prodit, sed in aqua usque absconditur, in qua etiam alias semper solet ἑπικοιλάζεσθαι noctibus: Et sanè nulli specus in Nilo; ergò ἐν τοῖς βάθεσι fluminis latebras sibi facit. Ita solent & thunni *inlatebrari*. Sed respexit Plinius ad verbum φωλέειν, quod propriè est in specu latitare. Nam φωλεὸν ferarum specus & spelunca. Hesychius φωλεὸν τὸ σπήλαιον τῶν θηρῶν Glossæ: Specus, σπέος, σπήλαιον. Plinio demus *specum* dici, quod quod quocunq̄ modò & quibuscunq̄ animalibus condendis usui est, licet valdè improprium in *Crocodilo* sit, illud forsitan dari non possit, τοῖς χειμεριώτοις μῆνας τέτταρας, rectè reddi, *quatuor menses hyemis*, quod rectum esset, si Græci Auctores dixissent, τέσσαρας χειμερίοις, vel τέτταρας μῆνας ἢ χειμῶν. Verùm id non potuerunt dicere, cùm tres tantùm menses hyberni sint. Aristotelis verba sic verti debuerunt, τέτταρας μῆνας τοῖς χειμεριώτοις: per quatuor menses, qui maximè hyberni sunt, nullum cibum capiunt. Ideò dicitur, quia plerumq̄ ex Autumnò & Vere, qui menses hyemem attingunt, de hyeme vicinã multum retinent, autumnalis quidem ultimus mensis sui fine, primus vernus initiò: ita quatuor maximè hyberni menses & frigidissimi sunt, duo ante *brumæ* punctum, duo post *brumam*, per hos menses φωλέει *Crocodilus*, qui sunt χειμεριώτοις. Ita & Philosopho animalia quædam φωλέουσιν ταῖς χειμεριώταις ὥραις: hæ horæ sunt ultra citraq̄ve *brumam*, maximè hybernæ & frigidæ.

Sed laxè accipiendo, hyemis utrumq; dici queant quatuor illi menses *χειμειώτατοι* illud nullò modò ferri potest, quòd quatuor illos menses *χειμειώτατοις*, quos inedia transigit *crocodilus*, eos à ceptu *brumæ* Solinus alterius Editionis lectione inchoat. Quod si verum esset, non solùm mensis Martius, sed etiam *Aprilis* totus quatuor illis mensibus comprehendetur, quod est absurdissimum. Nam *Aprilis* non est *χειμειώτερος* Decembri. Imò multò minùs, ne Martius quidem tam hybernus, quàm December, quum tamen Decembrem ab illis *χειμειώτατοις* mensibus ferè totum excludit, ut de Novembri nihil dicam. Hi ergò quatuor menses *χειμειώτατοι*, Novemb. December ante *brumam*, Januarius & Februarius à *brumâ*, non ut Solinus videtur velle, Januarius, Febr. Martius, Aprilis post *brumam* omnes. Græci *brumam* hyemis medium faciunt. Romani hyemem à *brumâ* auspicantur. Hinc dividia. Sed Plinius dum Græca malè exprimit, Solino Auctor exstitit, ut sua pejus etiam reddat. Græcos quippe non vidit Solinus, sed solùm Plinium, à quo omnia cum pulvisculo corradit. Scribit igitur ille quatuor menses hyemis *crocodilum* condi. Hyemem idem à *bruma* auspicatur, ut æstatis initium à Solstitio dicunt. Quippe & urfos, qui circa *brumam* coitus cupidine imitantur, *hyemis initiò coire* dixit. Inde noster, *crocodilum* quatuor menses à ceptu *brumæ* inedia transigere tradit, quia nimis à *brumâ* incipit hyems. *Libavius p. m. 555. lib. VI. ad opus diei V. Hexaëmeri.* Halcyonum observatio *Halcyonia* in proverbium vertit. Tunc enim cum pullis excludendis dant operam, mare quasi *Malacia* correptum dicitur maximè tranquillum esse, ut interim in eo vecta Halcyon sobolem, possit producere. Ita Ecclesia dicitur *Halcyonia* habere, cum ab hostium impetu quiescens filios Christianæ pietatis per semen verbi divini gignit & excludit in mundo, qui aliàs mari importuno comparatur.) *D. Rivinus ad lancem saturam: Rectius Dominus Bern. Bertramus pag. 69. Gallicularium vel Callicularium medium æstatis vel hyemis in Isidori Gloss. servavit, quàm R. Canicularium substituit, vid. probus ad Sat. 9. vers. 68. Juvenal.*

*Philipp. Horst. in Schediasm. de Strenis votisq; Januar. ex Tertullian. l. de idol. c. 10. in notis ad Tertullian. Junius. Etiam strenæ*

strenæ captandæ & septimontium, & *bruma*, & curæ cognationis honoraria exigenda omnia: c. 14. Nobis, quibus Sabbata extranea sunt & Neomeniæ & feriæ à DEO aliquando dilectæ, Saturnalia & Januariæ, & *Brumæ* & matronales frequentantur &c.) Caselius scripsit die *Brumæ* epistolam. Vide Catalogum Scriptorum ejus.) Plato scripsit librum, qui inscribitur *Halcyon*. Quem vide in Bibliothec. Halens. num. 80.) de *Halcyon*, vid. pag. m. 200. Colloq. VI. de avibus. Majol. dieb. canicul. ex Arist. de histor. Animal. lib. 5. cap. 8. & lib. 9. cap. 14. Suid. & Ælian. Histor. Animal. lib. 1. cap. 37. & D. Basil. Hexaëmer. hom. 8. Isidor. l. 12. c. 7. Albert. Magn. l. 23. lit. A. Plin. l. 10. c. 32. *Michael Abel. lib. 1. carm.*

Cum parit *Alcyone*, dat *bruma* quietius æqvor,  
Aura jacentq; Euri, fluctus & unda silent.

*Dresser. pag. m. 231. de festis diebus: Halcyonides vocantur dies 14. quorum septem antecedunt, septem verò sequuntur Brumam.* Per eos mare aliqui turbulentum, placidum & navigabile est. Nomen verò habent ab ave, quæ *Halcyon*, *Enßvogel* appellatur, quasi *ἡ ἀλι κόσσα*, in mari pariens seu foetificans hisce diebus &c. eadem habet pag. m. 104. Oeconom. Cölerus, Franzius Histor. Animal. cap. 27. eadem fermè, & addit: Idcirco nullum animal perindè amari ab hominibus in istis locis atque hoc ipsum commemoratur, utpote cujus tempore, & cujus gratiâ securas navigationes possunt instituere.) *Olaus Magnus pag. m. 483. l. 483. l. 19. de gent. septentr.* Est aliud genus corvorum, quod in principio hyemis septem diebus nidificat, & septem diebus pullos cubando producit. Hyemis autem principium intelligitur, quando quarta cœli hyemem facit, cum scil. Sol intrat Tropicum Capricorni usque ad arietem.) *Rhodiginus lib. 15. cap. 12. pag. 561. lect. antiq.* Hinc illud Maronis, *nuper me in litore vidi, cum placidum ventis staret mare &c.* Sed in *Alcyone* *Lucianus*, Nonne vides, inquit, ut superiora sint serenitate conspicua fluctibus autem sedatum mare ac tranquillum, ὁμοίον, ὡς εἶπεν, κατόπτρα, speculo (ut sic dicitur) consimile.

Nidu-





Et vires haurire novas, & corpora succum  
Attrahere, & virides moliri gaudia campos.

*Johan. Keplerus in de verô annô Christi contra Calvis. p. 41. Olim  
tempore brumæ fuit initium anni. Alex. ab Alex. p. 169. a. lib. 3.  
Genial. dier. Idus Decembres anni principium haberi cœptum  
fuit, in quibus Magistratus inibant, & honores dabant. Mansit  
hæc descriptio anni ad secundum Punicum bellum &c.) Michael  
Beuterus p. m. 84. l. 2. Fast. ex Macrob. Numa Pompilius eorum,  
qui de numerorum mysteriis variè philosophari solebant, non  
omninò injucundas superstitiones veritus; in imparis numeri  
honorem Januario, quem à Brumæ solstitiô deductum anni ca-  
put esse volebat, diem anni adjecit &c. Idem p. 89. l. 2. F. cæterùm  
in hâc nostrâ Fastorum serie aliter atque apud Gazam menses  
Romanorum considerandi sunt; etenim Januarius primus in  
ordine mensis Lunaris, cujus initium ante C. Cæsaris tempora  
solstitium hybernium circumfidere consueverat, Posideoni Atheni-  
ensium, qui septimus ab æstivô solstitiô & ipsam brumam adve-  
hebat, potiùs quàm Gamelion secundum ab hyberno solstitio locum  
obtinenti tribuendus videtur. Idem p. 91. l. 2. Fast. Decemb. Ju-  
lian. Januarius Pomp. Ποσιδέων Athen. Septimus ab æstivo sol-  
stitio mensis ap. Harpocrat. ex Hyperidis autoritate pronuncia-  
tur, quemadmodum id ipsum ex Aristotele quoque Gaza probat.  
Nec dissentiunt Suidas & Theophylus, qui Posideona Decembrem  
nostrum interpretantur. Plutarchus etiam hõc mense solstitium  
hybernium fieri in C. Cæsaris vitâ scribit. Licet in eum cadere Ja-  
nuarium adfirmet, quod certè nemo, puto, mirabitur. Siquidem  
brumæ solstitium præcis olim temporibus circa Januarii princi-  
pium & sub finem Decembris contigisse certò constat) ληνάων  
apud Hesiodum, Jonicè & Bœoticè: Proclus enim à Bœotiis ait  
Lenæona vocari, quando Sol Capricornum ingreditur, incipiente  
jam post vindemiam hyeme. Nomen à Baccho deductum est,  
quem Iones Lenæum vocabant. Sicut in eodem Hesiodi loco  
Theophylus & Jannes Grammaticus adnotârunt. Ubi tamen hunc  
ipsum mensem Januarium veterem [puta] solstitii locum consi-  
derantes, retulerunt. Sed alius quidam ἀνώνυμῳ Hesiodi Scho-  
liastes*

G

liastes

Et



liaſtes nec ille quidem recens, *Leneona* Decembrem Romanis,  
Ægyptiis *Chæao* dici, eoque Bacchi feſta celebrari, docet.

*Mich. Beutherus p. m. 382. Faſtor. ad id. Decembr. i. e. 13. De-*  
cemb. An. poſt N. C. 1250. abiit Florentini, Apuliæ oppido, Fri-  
dericus II. Imp. ſepultus in monte Regiô ſupra Panormum Sici-  
liæ, pand. collis. Anno poſt N. C. 1314. Ludovicus Bojorum, &  
Fridericus Auſtriæ Duces conſobrini, Francofurti per diſcor-  
diam Electorum Principum Cæſares designati ſunt, Chron. Ger-  
man. [ ibi in margine annotat Beutherus: Aventinus, inqviens,  
Anno XV. Calend. Novembr. qvi eſt dies *Luce* Evangeliftæ re-  
tulit: & ſic obſervanda *Luce* & *Lucia* nomina conſonantia, vici-  
na, & errores facientia. ]

*M. Joh. Blocius in Delic. Magdeburg. in nupt. cujusdam:*

Nempe hodiè *Viti* recidivâ *Luce*, mariti

Nomen amat, quod amat ſic ut in omen eat.

Tempora mutantur: ( *ſic ajunt* ) tempore *Viti*,

Illôdem mutat tempus & ille ſuum.

Hactenus *unicubô* jaſtavit membra grabatô,

Jam gaudet *biculô* velle jacere torô.

*Paréus p. m. 69. a. Lex. Critic. Alcedo, ἀλκυών, Plin. l. 2. c. 47.*  
& *Hiſtor. l. 5. de Hiſtor. Animal. nec non Alcyonem Luciani. I-*  
*temq; Geſnerum, & Aldriovandrum Alcedonia. Dies Halcyonii*  
*caſ. prol. v. 26. Alcedon, ut ait Feſtus, dicebatur ab antiqvis Hal-*  
*cyone, ſive Halcyon, avis marina: inde appellata, quòd in litore,*  
*maris ova parit, teſte Serviô, ad lib. 1. Georg. Virgil. dilectæ The-*  
*tidi Halcyonis, Svidas; dies à ventis quieti & tranqvilli Halcyonii*  
*dicuntur: vide etiam Plin. lib. 10. c. 32. & lib. 2. c. 46. Æl. l. 1. c.*  
*36. var. Hiſtor.) Phil. Paréus Lex. crit. c. 1165. Solſtitialis herba,*  
*Pſ. l. v. 26. vid. Turneb. l. 24. c. 38. Græcè ἀυλόφουλον, quæ, ut*  
*ſpontè naſcitur, ſic repentè naſcitur, vide D. Heinfii Ariſtarch.*  
*p. 371. Solſtitialis morbus, eſt morbus quivis pravus & lethalis,*  
*Trin. 2. 4. v. 143. legendus omninò Hieronym. Mercurial. l. 5.*  
*var. lect. c. 3. Solſtitium, vulgò, pro utraqve cœli reverſione,*  
*[ τριποπην vocant Græci ] malè uſurpant: & antiqvi eò tantum,*  
*pro æſtiva reverſione, Brumâ verò pro hybernâ ſunt uſi. Agel-*  
lius

lius lib. 2. c. 22. Oritur enim Sol, non idem semper, sed aut æ-  
quinoctialis oriens dicitur cum in circulo, qui appellatur ἰσημέ-  
ριος, aut ἰσημερινός, aut solstitialis, aut *brumalis*, quæ ἡμερινὰ ἡσο-  
παιὶ καὶ χειμερινὰ. Idem in lib. 9. c. 7. vulgò & scriptum & cre-  
ditum est, folia arborum *brumali* & *solstitiali die* converti: Plin.  
l. 4. c. 12. circa finem, ubi de Hyperbolis; sc. in annuò solstitiò  
oriuntur in iis Soles, *brumalq;* semel occidunt. Seneca l. 3. Hist.  
nat. qv. c. 29. Illic Solstitium, hîc *bruma* conficitur. Lucret, l.  
5. v. 614.

Quò pactò æstivis è partibus Ægocerotis,  
*Brumalis* adest flexus, atqve inde revertens  
Carceris ut vertat metas ad *solstitiales*.

Cicero de universò c. 9. Has igitur ob causas nata sunt, quæ per  
cælum penetrantia, solstitiali se & *brumali* revocatione conver-  
terent. Lucanus l. 10. de Nili inundatione.

-- -- -- confurgere in ipsis,

Jus sibi *solstitiis* alienâ crescere *brumâ*.

Cicero l. 1. Tuscul. c. 39. Apud Hypanim fluvium, qui ab Euro-  
pæ parte in pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quosdam  
nasci, quæ unum diem vivant. Ex his igitur hora VIII. quæ  
morta est, provectâ ætate mortua est: quæ verò occidente So-  
le, decrepita eò magis, si etiam solstitiali die &c.

Nec ratio Solis simplex, nec certa patescit,

Quò pactò, æstivis è partibus Ægocerotis,  
*Brumaleis* adeat flexus, atqve inde revertens

Carceris ut metas vertet se ad *solstitiales*.

Ovid. l. 1. de pontò Eleg. 4.

Longa dies citior *Brumali* sidere, noxq;

Tardior hybernâ solstitialis erit.

Anteqvàm, inquit Ovidius, ex Attici memoriâ mutuâ benevo-  
lencia effluat, æstivus dies, qui longissimus est, brevior fiet, *hye-  
mali*, & nox solstitialis, id est æstiva, quæ *brevissima* est, produ-  
ctior *hyemali* fiet. Idem lib. Fastor. VI.

At si non esset pictus, dixisset eâdem

Venturum tempus *solstitiale* die.

Horatius l. Epist. 5. ad Bullarium.

Incolumī Rhodos, & Mitylene pulchra facit, quid  
Æmula solstitio, campestre nivalibus auris :

*Solstitio*, id est, per æstatem : cui opposuit Nivalibus auris : id est, per *hyemem* : *Brumam* pro solstitio poni, ex ipso Cicerone intelligimus, qui librō de Nat. Deor. 2. sic scriptum reliquit, Solis accessus, discessusq; solstitiis *brumisq;* cognoscitur : M. Varro aperte eandem rem explicat, libr. de Ling. Lat. v. his verbis : Alter motus Solis est, alter cœli, quod movetur à *bruma* ad solstitium : Dicta *bruma*, quod *brevissimus* dies est. *Solstitium*, quod *Sol* eō consistere videatur : aut quod *Sol* ad nos versus proximum est *solstitium*, cum venit in medium spatium, inter *brumam*, & solstitium, quod dies æquus sit, ac nox : *Æquinoctium* dictum ex iis igitur constat à majoribus servatum religiosè, quod à minoribus depravatum est. Nam apud bonos latinitatis autores *solstitii* nomen, *solstitium* æstivum duntaxat significat. Virgilii autem sententia ait, adultō vere, quod proximè æstatem attigit, pluvium frugibus necessarium esse, unde alantur : per *brumam* verò & *hyemem*, serenitatem conducere, Macrobius l. 1. Saturn. v. c. 20. hos versus enarrat :

Hibernō pulvere, vernō lutō, grandia  
Farra, Camille, metes.

Keplerus l. 3. Astr. p. 318. Autumnus ab eo ad *solstitium* alterum *brumale*, Hyems, à solstitio *brumali* ad vernale æquinoctium. Id. p. 9. 28. Hipparchus in æstivis partibus signorum confici *solstitia* asseruit, dicuntur solstitia Chaldaica. Keplerus p. 165. l. 1. Epit. Astron. Sol ad puncta Ecliptica, per quæ transeunt hi circuli, Sol ad principium Cancrī & Capricorni veniens, cursum, quod antenū convertit &c. Idem pag. 318. l. 3. Astron. Græci solstitia significatione verâ nominant *τροπὰς ἡλίου*, conversiones enim solis in momento fiunt. Appellant & 4. centra, seu puncta, voce à punctis Sphæræ translata ad tempora anni respondentia. Hebræis sunt *Thecupha*, Latini sermonis consuetudine *solstitium* altum intelligitur, cum *solstitium* nominatur : Humile verò *bruma* dicitur : Græci *conversionem æstivam* vel *hibernam* dicere

dicere solent.) Schönborner. in Epit. Astron. p. 52. b. refert fixa & stata tempora anni XIII. die Decemb. Lucia, qui est brumale solstitium. Joh. Merkius in Latin. sermon. Castellô [edit. Ulm. Suevor. 1646.] Bruma, dies solstitii hyemalis 12. Decembr. Paulus Eberus in Calend. Histor. p. 407. 25. Dec. 8. Calend. Januar. Natalis Jesu Christi. Bruma sive solstitium hybernium, tempore Julii. Plin. l. 18. c. 25. cui & consentit p. m. 770. b. in Lexic. Fabri, Corvinus in Lexic. adscribit 12. Decemb. Frischlin, p. 93. l. 2. Astron. idem habet, quòd hodiè incidat in Idus Decembr. ad 11. & 12. diem ejusd. mensis, vel secundum correctionem Romanam incidit in 13. Dec. Blebel. Sphær. l. 1. p. 13. ad 13. Dec. & solstitium hybernium appellatur. Bertsman. p. 67. b. in l. Georg. Virg. Tametsi Plinius lib. 18. c. 25. Brumam referat ad VIII. partem Capricorni, sic & cætera puncta cardinalia, non ad primum, ut nos. Faber in Lexic. p. 116. Bruma, der kûrgeſte Tag/der nächſte Tag vor Lucia.

Olaus Magnus p. 482. l. 19. Histor. de gent. septent. Ante solstitiũ hyemale, augurium sumitur ex osse pectoris anserini, quàm sæva, & quàm durabilis erit hyems, h. m. si clarum est esis carnis, hyems rigida apparebit; si spissum & opacum, nix plurima, hyemsq; tepida sequetur.)

Textor. p. 145. Epithet. Plinius scribit: Democritum dicere solitum, talem hyemem semper futuram, quales fuerint bruma dies.) Cæl. Rhodigin. var. lectio. l. 15. c. 24. p. 576. diem mensis pro Novembri accipiunt Græci: Sic enim in collectaneis rei rusticæ apud Græcos annotatum reperi; Democritus & Apulejus talem expectari hyemem ajunt oportere, cujusmodi fuerit festus dies, quem Brumam vocant Romani. Est autem quarta & vicesima dies Novembris. Delrio p. m. 507. 508. Comment. in Agamemn. Senecæ v. 676. Halcyones. Nidificant tempore hyemis, quod tempus Halcydonia dicitur, durat scetura diebus vel 7. juxta Demagoram, vel 9. juxta Philochorum, vel 11. juxta Simonidem, vel 14. juxta plerosque. 7. ante brumam, 7. à bruma. Quò tempore mare sternitur, & pacatur, postquam rursus kiemat, hoc innuunt Theocritus  $\chi' \acute{\alpha}\lambda\kappa\upsilon\acute{\omicron}\nu\epsilon\varsigma \sigma' \omicron\rho\epsilon\upsilon\sigma\acute{\alpha}\tau\iota \tau\acute{\alpha} \kappa\acute{\upsilon}\mu\alpha\tau\alpha$

ματὰ τὴν δὲ θάλασσαν, τὸν τε νότον, τὸν ἔυρον. *Halcyones* sternunt  
 fluctus & mare, & Notum & Eurum de *naturâ & nidificatione* il-  
 larum videndi, Aristot. l. 5. de histor. animal. c. 8. Plutarch. lib.  
 quæ animal. magis rat. utuntur, Plin. l. 2. c. 49. & lib. 10. c. 32.  
 Wottonus l. 7. de different. animal. c. 143. Quod ad *fabulam*  
 Hegesander, Dizacius volunt, in eas mutatas fuisse 7. *Alcyonæ* gi-  
 gantis filias, pleriq; malunt [ *ut noster* ] Ceyrum Regem Trachi-  
 niæ, & *Alcyonem* ejus uxorem, vide Lucian. in *Alcyone*, & Ovid.  
 l. 11. *Metamorph.* Græci Codices quidam vocem asperô spiritu,  
 alii leni afficiunt, mallet cum plerisque minùs hiare.) Plin. Nat.  
 Histor. l. 18. c. 24. p. 328. Hordeum inter æquinoctium autumnii  
 & *brumam* feri jubet. Ibid. Inter omnes autem convenit, circa  
*brumam* ferendum esse, magnô argumentô: quoniam hyberna  
 semina, cùm ante *brumam* nata sint, septimô die erumpant; Si  
 post *brumam*, vix XXI. Idem cap. seq. 25. Et tum æquatâ die pro-  
 cedit ex eô ad *brumam* diebus LXXXIX. horis III. omnesq; eæ dif-  
 ferentiæ fiunt in octavis partibus signorum. *Bruma* Capricorni  
 ad VIII. Cal. Januar. ferè: idem dicunt p. m. 333. l. 18. c. 27. Ib.  
 c. 25. miretur hoc, qui non meminerit ipsô *hyemali* die *pulegium*  
 in coronariis florere, aded nihil occultum esse natura voluit. Ad  
 ferendum igitur hoc dedit signum. Hæc est ea interpretatio, ar-  
 gumentum naturæ secum afferens. Quippe si terram peti svadet  
 promittitq; quandam stercoris vicem, & contra rigores terram  
 flatusq; operiri à se nunciat, & monet festinare. Idem cap. 26. De-  
 mocritus talem futuram *hyemem* arbitratur, qualis fuerit *brumæ*  
 dies, & circa eum terni: Item solstitio æstatem. Circa *brumam*  
 plerisque bis septem *halcyonum* foetura ventorum quiete mollius  
 cœlum. Sed & in his & in aliis omnibus ex eventu significatio-  
 num, intelligi debebunt, non ad dies utiq; præfinitos expecta-  
 ri tempestatum vadimonia. Per *brumam* vitem ne colito. Vina  
 tum defecari, vel diffundi *Hyginus* svadet: confecta ea septimô  
 die, utiq; si septima luna competat. *Cerasa* circa *brumam* feri. *Bu-*  
*bis glandem* tunc aspergi convenit, in juga singula modios. Lar-  
 gior valetudinem infestat, & quôcunq; tempore detur, si minus  
 30. diebus continuis data sit, narrant vernâ scabie pœnitere.  
 Matc-

*Materiei cadende tempus hoc dedimus. Reliqua opera nocturnâ maximè vigiliâ constant, cum sint noctes tantò ampliores. A brumâ in favonium Cæsari nobilia sidera significant.*

*Leonhard. VVurffbein p. m. 360. de septenar. numer. Nonne etiam Halcyones septem diebus antè, & post brumam congregiuntur, nidulantur, & ovis incubunt? Ibid. p. 361. è stellis errantibus Sol septimò signò vices suas semper mutat, solstitiò enim hyemali Capricorni progreditur ad æstivum signum cancri numerò septimum. Æquinoct. vernali à signo arietis ad autumnale signum. libræ, & vice versâ. Ex Macrobo. Scip. l. 1. c. 6, p. m. 95. l. 3. c. 10. Noct. Attic. Agell. Atque neque ipse Zodiacus septenariò numero cavet; nam in septimo signo fit solstitium à bruma, in septimo bruma à solstitio. In septimo æquinoctium ab æquinoctio.) Salmasius p. 639. de horologiis brumalibus & solstitialibus, & æquinoct. postea subdit ad Plin. l. 36. c. 10. ad verba hæc: Sed deprehendendas Solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines, stratò lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra. Romæ confectò die horâ sextâ. Scriptum, inquit, legi in vetere librò, Solis umbrarum Romæ confectâ die, inde præclarâ & indubitâtâ emendatione facio ad deprehendendas Solis umbras, Brumæ confectâ die hora sexta, cum ita conjecissem, postea deprehendi Scaligerum corrigere, Brumæ confici dicit, ut solstitium, eòdem genere loquendi, quò sidus confectum, nam & sidus confectum idem Plinius de solstitiò confectò dicit l. 16. c. 23. circumaguntur enim folia eorum post solstitium: nec aliò argumentò certius intelligitur sidus confectum, sic Manilius, Brumæ sidus appellavit l. 3. Hæc vice discedunt noctes à sidere brumæ, tollunturque dies. Non dies solstitialium conficiuntur, sed ipsa confici intelliguntur in punctò λῶγω Θεοφντῶ. Falsa itaque lectio, brumæ confectò die. At per diem brumæ confectæ intelligit diem, quò bruma committitur.) id. p. 642. à brumâ incipiunt menses surgere per horarû momenta disparia, quæ diebus accedunt crescentibus. Horæ illæ æquinoctiales capiendæ, & ad æquinoctialis gnomonis umbras perpendendæ, primùm jubebat, inquit, principiò capienda tibi est mensura diei, Quam minimam Capricornus agit, &c.*

*Salma-*

*Salmasius p. 314. 2. 2.* Attici initiō hyemis, & æstatis mense unō, & dimidiatō alterō ante *solstitia* numerabant, & totidem diebus post utrumque *solstitium*, tam hyemem, quàm æstatem finiebant. Siquidem est de autumnō & vere sentiendum. Ex Arist. de vesparum genere circa *brumam*, id est, hyeme adultā non videtur omninō, utpotè frigore interfectæ; sic hyems media circa solstitium *brumale* Altius &c.) *Henricus Ranzovius p. 376.* in exemplis Imperatorum, qui mensibus hybernis obierunt. *Fridericus II.* obiit Anno 1250. 13. Dec. p. 382. in exemplis Pontificum, & *Callistus II.* Anno 1124. idibus Decembr. ibid. *Innocentius IV.* Anno 1254. idibus Decembr. p. 382. *Urbanus V.* Anno 1370. Id. Decembr. p. 397. in exemplis Princip. & Ducum, Anno 1574. *Selymus Imperat. Turcicus* 13. Decembr.

*Paulus Eberus in Calendar. Histor. ad 13. Decembr. sive Idus Decembr. diemve Luciz. C. Fabricius Luscinus* 11. Cos. de *Lucanis Brutiis, Tarentinis, Samnitibus* triumphum egit, Anno urb. 475. [2] *Qv. Pedilli ex Hispaniā* Anno Urb. 711. [3] *Ericus Rex Sveciæ, Gustavi Regis Sveciæ filius primogenitus* natus est minutis sex ante nonam pomeridianam, Anno 1533. in regiā urbe *Oplandiæ Stockholmianā*, cujus latitudo 59. grad. 18. min. Longit. 47. gr. [4] *Beatus Paulus Speratus, Episcopus Bomezakenis*, nascitur Anno 1484. dimidiā horā post octav. antemerid. [5] *Dominus Justus Menius* nascitur Anno Christi 1499. minutis 37. post decimam à meridie in oppidō *Franciæ Fuldā*. [6] manè inter quintam & sextam horam *Viennæ* ortā sævā tempestate, unum tonitru auditum est, & simul de cœlo tactum est turris ad *D. Stephanum* fastigium, sine tamen insigni aliquā læsione. [7] Anno 1565. obiit *Tiguri Vir Clariss. Doctrināq; multiplici excellens Cunradus Gesnerus*.

*Snellius in Spher. p. 97.* Quamvis Sol nunquam postridiè oriatur, neque occidatur ubi pridie, & ita multi sint Solis ortus & obitus, tres tamen potissimū & ante alios observantur, 1. est ortus & occasus æquinoctialis, cum scil. sunt æquinoctia, tum Sol descendit & ascendit cum æquinoctiali circulō. 2. Est ortus & occasus *solstitialis*, eō in loco, ubi tropicus cancri occidit & oritur.



oritur. 3. est *brumalis*, eô sub in locô, per quem transit tropi-  
cus *Capricorni*, & ab hisce quoq; partibus sex flans ventus ab oc-  
casu solstitiali, vel Ergestes æquinoctiali subsolanus, *brumali* ab  
ortu solstitiali Cœcias, *solstitiali* subsolanus, *brumali* Eurus.  
Confer pag. 149. colloqui Ludov. Viv. Exercit. Freigii. Cölerus  
in *Oeconom.* p. 108. Solstitium hybernium & *brumale*, die winter-  
liche Sonnentwende wird genannt der Tag / darinn die Sonne in  
Steinbock gehet; denn nun wendet sich die Sonne/und kehret wie  
der umb / von dem Mittag / und schleicht alle Tage gemählich ein  
Grad oder höher wieder herauf zu unserm Horizont / nach Mit-  
ternacht / wie man saget /

Auf Barnabe die Sonne weicht /  
Auf Lucia sie wieder zu uns schleicht.

Diß kan man sein am Schatten eines Stroh; Halms oder Ruch-  
leins / oder an den Sonnen-Uhren alle Morgen sehen oder erfah-  
ren. Drum wird auch nun fort mehr der Tag alle Tage länger /  
und die Nacht kürzer / biß auf den 12. oder 13. Jun. Auch ist hier  
zu mercken / daß die Sonne im *solstiriô hyberno*, in perigéo eccen-  
tricô, der Erden am allernächsten ist; aber ihre Wärme ist am  
schwächsten / denn ihre Strahlen streichen über zwerch auf die Er-  
de / und bleibet damahlen auch nicht lange in unserm Hæmisphæ-  
riô, darumb denn auch zu dieser Zeit der Tag am **Kürzsten** ist.  
Drumb scheint sie auch iho viel grösser zu seyn / denn sonst im ganz-  
hen Jahre / und hebt sich nun der rechte Winter an. Wie sich aber  
damahlen die Sonne zur Erden neiget / und uns zum nächsten ist:  
Also neiget sich Gott mit seiner Gnade und Barmhertzigkeit zu  
uns armen Sündern / wenn wir Reu und Leid über unsere Sün-  
de tragen / und uns wiederum zu Ihm bekehren. (Jerem. 13, 8.)  
*Stigel. l. 5. p. 152.*

Scilicet ut sobolem his ipsis paritura diebus,  
In mediis pendens Audibus *Halcyone*,  
Nata locum nidi, quamvis ignara canendi,  
Testatur gemitu se celebrare DEUM.

H

NOTÆ.

## NOTÆ.

[a] per gradum Cancrī, qui reliquorum velut limen quoddam est. [b] Hæc dicuntur respectu solstitii æstivi, quò Sol ultra sexagesimum tertium gradum supra Horizontem nostrum elevatur: cum solstitii hyberni tempore in XV. XVI. subsistat. [c] Quando Sol primum *Capricorni* gradum ingreditur, quod fit circa XII. Decembr. pedetentim ascendit & elevatur. [d] XVI. Decembr. Sol est in IV. *Capricorni* gradu. [e] ex eo tempore, quò Sol elevari incipit, [f] sic campos dico per anticipationem, quia mox futuri sunt tales. *M. Valent. Crügerus, An. 1653. Francof. ad Viadr. in Disp. II. Geograph. th. 5. sub fine: Quòd autem principia Cancrī & Capricorni dicant solstitia, quasi Sol inibi immotus suas observaret stationes, non intelligendum de motu ejus per Eclipticam, sed respectu declinationis ab Æquatore. Partes enim Eclipticæ aliquot gradibus ante & post initia Cancrī & Capricorni penè parallelæ sunt Æquatori, adeò ut Sol, ubi hasce partes transit, parùm aut ferè nihil variet suam declinationem, eaq; ratione censeatur quasi immobilis, ut loquitur Gvilielmus Blæu Institut. Astron. cap. VII.*

Verùm plantæ, quarum folia solstitiò invertuntur, aliam rationem habent sui miraculi. Quum enim folia propè casum sunt, quòd humidum sit, tenaciùs convertuntur: conspicuaq; fit foliorũ ob id mutatio. Itaq; omnibus arboribus id contingit. NB. Verùm animadvertimus solùm in earum foliis, quarum domestica à sylvestris pars colore multùm differt. Sed neq; credideris, hanc conversionem totam solstitii die fieri (propè enim ad miraculum res accederet.) Sed quod paulatim factum est, dum perficit, id totum ad tempus, in quo perfectum est, referunt mortales.

*Solis altitudo minor, quàm olim fuerit. Cardanus p. m. 189. sub tit. libr. 3. de cælo. Illud verò mirum, quòd Philippus Melanchthon animadvertisse videtur, quòd cum eccentrici Solis centrum Ptolemæi atq; Hipparchi ætate differat à terræ centrò Diametris terræ 24. cum quinta parte, s. M. passuum 24 2000. numm solùm distet Diametris terræ decem & octo, duabus partibus ex*  
quinq;

quinque; seu mille passuum centrum octuaginta quatuor millia ab eodem terræ centro. *Argumentum quasi senescentis mundi.* Sed ratio deduci potest, vel ab instrumentorum varietate, vel cœli solaris dispositione, vel æquinoctiorum observatione, quæ varietatem suscipit, & à locis & à Solis magnitudine propter quam æquinoctium aliquando celerius fit, quam existimetur. Hoc autem cum observatum esset.

### Folia circumvertuntur solstitio.

*Cardanus p. m. 468. & 469. lib. 8. de plantis, subtilitat.* Vertunt & arbores quædam folia solstitio, ut olea, tilia, ulmus, salix, populus alba: alia verò ad cursum Solis toto semicirculo signato die, ut *lupinus Heliotropium*q, unde nomen illi impositum. Causa hujus conversionis postremæ, & humidum tenue ad Solis calorem se habens, ut corii ad ignem: quoniam & ipsum juxta ignem positum, inflectitur ad illum. *Eadem ferme* ratione flores quum tenues sunt ac spongiosi, calore Solis ficcati, superveniente frigore constringuntur Solis occasu. At postquam humores noctis conbiberunt, impleti succo, ac tumidi necessario à Solis calore matutino aperiuntur.

### Avis orthygametra.

*D. Longolius in Dialogo doctiss. de avibus.* De Orthygametra cenchramo, ein Screef. Ego apud quosdam non indoctos Scriptores Orthygometram esse didiceram eam avem, quæ circa solstitia hyberna nobis vendi solet, rostro scil. longo, & eâ propè crurum formâ, quâ nunc *cenchramum* mihi indicasti, cui à rostri longitudine à Germanis nomen rectè inditum est.

### Piscis Ephemera.

*Ægydius Gravatus, Rochens. Eremitan. in summâ de Exempl. & similit. Ibid. p. 227. lib. 4. c. 62. de natantib. & volant.* Peccatum assimilatur pisci Ephemeræ, qui nascitur sine coitu, de quo ait Joach. lib. de animalibus, quod per tres horas diei, quo nascitur, moritur. Quasi enim dies illuminans animam, pœnitentia est, per quam respicimus gratiam & hujusmodi diei tres horæ, post quas *Ephemera* moritur, sunt tres pœnitentiæ partes, per quas peccatum extingvitur, scil. *contritio, confessio, &*

satisfactio. Quòd autem *Ephemera* sine coitu five ex putrefactione generatur, significat, quòd peccatum præter naturæ ordinem, ex appetitûs corruptione contrahitur. Unde Aug. dicit, quod peccatum non est natura, sed vitium naturæ appetentis, id quod non est sui ordinis.

### Solstitium æstivum.

Ibid. pag. 44. cap. 34. lib. 1. de Cœl. & Element. Gratia gratis datæ, assimilantur circulis cœlestis Sphæræ, de quibus meminit Salomon, lustrans universa in universa, in circuitu pergit Spiritus, & in circulos suos revertitur. Nam gratia gratis datæ sunt illæ, quas enumerat Apost. 1. Cor. 12. Alii datur per Spiritum sermo sapientiæ; alii autem sapientia secundum eundem spiritum, alii gratia sanitatis in unô spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera lingvarum, alii interpretatio sermonum. Prima igitur est sermo sapientiæ. Et hæc assimilatur cœlesti circulo, qui est *solstitialis æstivalis*. Sermo enim sapienter loquentis, ad tria tendit, quæ nobis ille circulus repræsentat. Primo ad instruendum intellectum specialiter de divinis & spiritualibus, quæ propriè est sapientia. Tunc autem intellectus instruitur, dum aliquis sic clarè loquitur, quòd doceat. Et hoc repræsentat circulus ille *solstitialis*, qui ideò *solstitialis æstivalis* dicitur; quia Sole ibi existente sit *Solstitium æstivale*, ubi autem existit Sol præsens, omnia clarè & lucidè videntur, sic qui loquendo instruere desiderat, necesse est, ut ea, quæ loquitur, clarè ostendat. Et talibus dicitur ex personâ sapientiæ. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, Eccl. 14.

Secundo qui sapienter loquitur, intendit ad movendum affectum, ut scilicet libenter audiant verbum DEI: sed ille, qui vult, delectare, oportet, quòd loquatur temperatè, non nimis prolixè; quia prolixa oratio non delectat, sed *attadiat*. Et si vult monere affectum, oportet, quòd loquatur ferventer, verba enim inflammare nequeunt, ut dicit Gregor. in Homil. Et hoc significat circulus *solstitialis æstivalis*, quia est quasi conjunctivus nostræ

noſtræ habitabilis, & torridæ Zonæ. In noſtra habitabili eſt, temperies aëris, in torrida verò exceſſus fervoris. Unde in ſermone prædicantis debent hæc duo conjungi, ſcil. temperamentum locutionis, ſcil. à prolixitate & fervore pronun- ciationis, ut ſ. per primum placeat, per ſecundum moveat.

*Tertio* ſermo ſapienter prædicantis tendit ad flec- tendum ad actum, i. e. ad hoc, ut auditor amet ea, quæ ipſe prædicans dicit, & ipſe implere velit; quod fit, dum ſic aliquis loquitur, quòd auditorem flec- tit. Ad quod quidem Spiritus Sanctus uti lingvâ hominis, quaſi quòdam instrumentò. Ipſe autem eſt, qui perficit operationem interiùs. Unde Gregor. in Hom. Pent. di- cit: Niſi corda audientium Spiritus Sanctus repleat ad ardorem amoris, vox dicentium incalſum ſonat. Et hoc etiam oſtendit circulus *ſolſtitialis æſtivalis*, ex eo, quod iſte circulus tangit Zo- diacum in *cancro*. Nam *Zodiacus* dicitur à *Zoa*, quod eſt vita: quia vivificaturus eſt Spiritus Sanctus, quia S. S. qui vivificat, ut dicit Salvator. Unde tunc *æſtivali* conjungitur *Zodiacus*, quan- do ipſius prædicatoris ſermone adjungitur Spiritûs Sancti virtus. Quæ conjunctio fit in *Cancro*, ubi Sol refleçitur, & retrò cedit. Nam in VIII. gradu *Cancro* Sol retrogradationem facit, quia Sol in tantum extollitur verſus tumorem Sphæræ, ſive noſtram ha- bitationem, & ſitum in terra, quòd non poteſt plus extolli, & tunc retrogreditur descendendo per ſigna interiora. Tunc ergò *Zodiacum ſolſtitialis* in *cancro* tangit, quando ſermo prædicatio- nis virtute Spiritûs Sancti adjuncta, ſuperbum cor peccatoris ad humilitatem poenitentia flec- tit & reducit.

### Bruma.

Ibid. Secunda gratia gratis data, eſt ſermo ſcientiæ ſive gratia loqvendi efficaciter de inferioribus & ſpecialiter de huma- nis. Et hæc aſſimulatur alteri *circulo ſolſtitiali hyemali*. Nam il- le, qui vult docere hominem ſcientiam non vanam, ſed ſalutife- ram, debet intendere ad *iria*. *Primò* ad inſtruendum, ſcil. ut minuatur tenebra ignorantia, & creſcat lumen ſcientiæ. Et hoc ſignificat *Solſtialis hyemalis*, quia ſcil. Sole in eo exiſtente fit,

*Solstitium hyemale*, postquam incipiunt crescere dies, & noctes decrescere, Rom. 13. Abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die &c. *Secundo* debet intendere ad afficiendum, scil. timore supplicii, & amore præmii. Et hoc significat *solstitialis hyemalis*, quia est ex parte torridæ & alterius habitabilis. Nam in torridâ ubi est excessus ardoris, intellige supplicium inferni. In alia habitabili ubi temperies & amœnitas est aëris, intellige svavitatem cœli. Quoniam primum est timendum, reliquum appetendum. *Tertio* debet intendere ad permovendum scil. ut homo per scientiam humanam etiam practicè perficiat, ascendendo, de virtute in virtutem. Quod iterum ostendit *circulus solstitialis hyemalis*: quia tangit Zodiacum in Capricornô. Capricornus est animal cornibus superiora petens. Unde dicitur Capricornus, quia Sol ibi existens post *solstitium hyemale* incipit ascendere per signa versus superiorem Arietem, & versus *cancerum*, unde ascensum significat hominis per profectum virtutum.

### Mare Turbulentum.

Ibid. p. 113. lib. I. de Cœlo & Elementis, cap. 89. Et sicut videmus etiam, quod virtute stellarum certis temporibus utique tempestates fiunt in mari, ut circa *Festum omnium Sanctorum*, Unde nautæ tunc maximè portum quærunt.

### Solstitialis herba.

Taubm. pag. m. 957. ad Act. 1. s. I. Pseudol. Plaut. v. 36. *Quasi solstitialis herba*. Tum. lib. 24. 38. *Herba solstitialis est*, quæ æstate crescit: & propter anni vaporem mox exarescit, sed sic *æstivam* herbam debuisset dicere. *Solstitialem* Erasmus de herbâ *Ephemerô* intelligit, sic dicta, quod ultra diem non vivat. Vide Adag. *Ephemeræ vita*, sed qui Dioscoridem lib. 4. c. 82. *ἑλικοχλίς*, & *ἐφίμερος*, & Interpretes ejusdem itemque J. C. Scaligerum Exoteric. Exercit. legerit, & cum Plautinis contendit, parum & hæc evenire intelliget. J. Baptista Pius *heliotropicon* interpretatur, vel quam Celsus *herbam solarem* dixerit, Her-molaus Barbarus fatetur, se ignorare, quid sit in Plauto *herba solsti-*

*solstitialis.* Mihi sententia *Christiani Becmanni* probatur, qui *herbam solstialem* de quavis intelligitur, quæ tempore *solstitii*, nocte præsertim frigidiusculâ, ut solet, & virulentâ subnascitur; & postea à calore Solis diurni, qui tunc maximè sævit moritur, aut certè langvescit. Scal. Auf. Lect. 1, 1. 11. ad illos versus:

Ostentatus,  
Raptusqve simul;  
Solstitialis  
Velut herba solet.

Imitatus est, inquit, Plautum, quod proverbialiter dicitur de re fugaci & non diuturnâ. Observavit idem Muretus Var. Lect. lib. 9. 6.

Taubman. p. m. 1343. ad Plaut. Trinum: Act. 2. Sc. 4. v. 143. *Solstitiali morbo.* Morbo unius diei, ait *Lambinus*, quem tamen ut aliter sentiret, docuisse præcedentia debebant, vid. Jac. Dalechamp. Medici Notas ad Plinium. Hier. Mercurialis & ipse Medicus Var. Lect. 1. 5. c. 3. Apud Plaut. inquit, quæsitum est, quid sit *Morbus Solstitialis*. Alii pro comitiali intellexerunt; alii pro repentinò & subitaneò, ut etiam alibi (Ps. act. 1: 1.) *herba solstitialis*, quæ nata statim moritur, Turnebus (lib. 24. c. 38.) pro *solstitiali* morbo ardentissimos febres intellexit, quasi illæ sub *solstitio* maximè vagenter. Sed etsi demus Turnebo, similes febres canicularibus diebus grassari: attamen *Solstitium* à caniculò multorum dierum intervallò remotum est. Quare puto ego *solstialem morbum* quemcumque pravum & lethalem vocari, quasi innuere velit ille servus, neminem ibi potuisse sextum mensem vivere, sed statim unumquemque tempore *solstitiali* interire consuevisse. Etenim *solstitium* periculosum atque morbosum esse, melius ante omnes docuit Hippocrates lib. de aëre, aquis & locis. Post quem Aristot. 1. sect. problem. idem confirmat, causa Sol est morborum &c.

Taubman

Taubm. p. 923. ad lib. Æneid. *Sitim morbosq; &c.* stellam *pestiferam* ponit; respiciens ad cladem, quam illaturus esset Rutalis Æneas. Idem per cometam v. 272. Itemq; grues v. 265. innuit. Gruum enim clangor tempestatem significat, ut est 1. G. de sifio morbifero & *morbô solstitiali*, aliquid etiam diximus in commentariô nostrô Plautinô, Trin. act. 2. sc. 4.

Taubm. p. 516. ad lib. 3. Æneid. verb. *Magnum annum.* Ita passim Hesiodus μέγαν ἐνιαυτόν: intelligit autem *annum solstialem* sive solarem, non lunarem: ideòq; dixit, *magnum*, & addidit, *Sol circumvolvitur*, ἀμφιπέλλεται, ne illum planetarum & nugatorium intelligas, de quo Macrobius, l. 2. c. 11. in somn. Scip.

Taubm. p. 73. a. ad Ecl. 7. *Solstit. pecor. defend.* propulsate ab hõc injuriam *Solstitii* & summi æstus, Æn. 10. v. 905. hunc defende furorem, i. e. prohibe. Horat. 1. ad 17. ignem, defendit æstatem capellis.

Idem: Toga quæ defendere frigus, quamvis crassa, queat: Cic. in Caton. Uva vestita pampinis, nimios solis defendit ardores. Ita Nonius etiam exposuit, & Servius.

Taubm. p. 122. ad lib. 1. Georg. *Humida solstitia.* Optari vult ea, quæ per naturam difficulter fiunt: quòd possit utriusque temporis asperitas mitigari; æstatis quidem calor pluviis, *hyemis* autem nivolum frigus serenitate. Neque enim hic nives excludit; sed ejusmodi serenum intelligit, quòd Austrinas illas & dilutiores pluvias arceat, niviumq; humores frigore ac siccitate suâ attemperet, ne scilicet sata putrescant. Et nisi hoc Agricolæ votum ad plures annos extra hos, *solstitia* dixit, per *solstitium*, atque hoc quidem pro *estate totâ*: quando & *Hyemes* pro *hyeme*. Ut enim una hyems, ita unum reverà *solstitium* est, nempe cum Sol in *octavâ* Cancris parte finem facit ad augmentum dierum, cui opponitur *Bruma*: quam tamen τριπλήν χειμῆρινον *Columella* etiam *solstitium* indigitat, neglecto consensu Opt. Scriptorum *Lucretii*, *Varronis*, *Ciceronis*, *Plinii*, qui hoc semper observarunt. Vide P. Victorium in Varronem. Cic. 2. de Nat. Deorum. Solis accessus discessusq; *Solstitiis Brumisq;* cognoscitur. Quomodo autem *Plinius* lib. 18. c. 17. & lib. 17. cap. 2. & 12. hic cum Poëta concilietur, docent Interpretes.

Taubm:



Taubm. p. 217. ad l. 3. Georg. *nec totâ Brumâ, non totâ hyeme.*

Taubm. pag. 54. ad Cirin. Virgil. v. 352. *Hesperium* seu *Hespero*, quemadmodum Cicero *brumalem diem* pro *bruma* Sphæricus autor l. 1. p. 26. Tom. 1. part. astron. de Sphæra: *umbra nunquam flectente hyeme.* Lucanus circulum alti solstitii. Hoc est secus bifarium zodiacum, non potest enim Sol esse altior & majorem æstum simul facere, [ *quæ sunt præcipua proprietates Solstitii æstivi* ] quàm cum altus est gradus 90. & transit per verticem; Esto, Gassendus, & alii nomine *solstitii alti*, æstivum intellexerunt, ad differentiam *Hyberni*, quò Sol est humilior. Hinc fit, ut degentes intra *Torridam* dicantur habere 4. *solstitia*, duo alta, & duo ima; nam quando Sol est in ipsorum Zenith, quod bis in anno evenit; habet *æstatem summam*, & summam Solis altitudinem ab Horizonte: quando verò Sol est in principio *Canceri* aut *Capricorni*, habent duas hyemes, & tunc Sol habet minimam altitudinem meridianam, quàm versus unum polorum habere potest. Esto *Solstitii* Etymon in illis non semper verificetur, nec *Sol stet eò modò*, quò diximus cap. 15. num. 5.

*Dresser. p. 230. de festis diebus*: Est *bruma* imago brevitatis vitæ, & diuturnitatis afflictionum & ærumnarum. *Dies* enim vitæ, *nox* verò crucis typus est. Ibid. Sol hòc die propinquior est terræ, quàm in hyeme, &c. Non aliter Christus verus justitiæ Sol, secundum Malachiam, tametsi in rebus duris & asperis opinione nostrâ, abesse intervallò longissimò videtur; tamen propriè adest, sicut Psal. 91. affirmat, cum ipsò sum in tribulatione. Causa est, quia præsentiam suam dissimulat, & opem sæpè differt, stans post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, per cancellos, ut in Cantico Canticorum cap. 2. scribitur.

*Idem.* Qualitas aëris, Frigus est asperum, gelu & nive rigent omnia, totaq; naturæ facies in luctu & squalore esse videtur. Ad eundem modum crux Christianorū est horrenda & squalida, ut quidquid adspicit, id tetrum & horrendū apparet. *Conversio Solis* admonet nos de cōversione Dei ad peccatores agentes pœnitentiam,

I

tiam,

ea vicissim de conversatione nostra ad ipsam, de qua Propheta Jeremias ait, c. 37. *converte, & convertam me.* Item *convertimini ad me, & ego convertar ad eos, p. m. 230. de festis diebus Dresser.* Locus Solis, Sol in *brumâ*, 41624. milliaribus Germanicis propior est terræ, nempe in *Perigéo* orbis eccentrici, quàm in *Solstitiô æstivô*. Unde etiam corpus ejus apparet majus, quàm in *Agogéo* five *solstitiô æstivô*. Demittit enim sese hóc tempore, & radios ex obliquô spargit. Et hæc ipsa radiorum obliqua sparsio causa est, ut langvidiùs etiam calefaciant terram.

Melanchth. l. 1. *Physic.* p. 105. Hæc *ἐκκεντρότης* minor nunc est, quàm fuit Hipparchi & Ptolemæi tempore. Nunc enim respondet semidiametris terræ 36. & 48. Igitur ferè quarta pars decessit altitudini Solis in margine Eccentrici, quæ res profectò admiratione digna est. Dubitari enim potest, utrum propter senectam Mundi quasi delabatur Sol factus langvidior, paulatim ruente naturâ rerum: an verò in hâc senectâ terræ tanqu. effœtæ opus sit viciniore positu Solis eam foventis. Nam hóc tempore Sol, tam *solstitialis*, quàm *brumalis*, propior est terris, quàm fuit Ptolemæi tempore milliaribus Germanicis novem. millibus nongentis septuaginta sex. Hoc est, ferè sexies Sol terræ propior est, quàm quanta est totius terræ profunditas. Nec miremur hanc nostram inferiorem naturam hominum & terrarum magnas habere mutationes, cum etiam in illâ superiore firmâ & durabili natura, quasi reatrice fati, tam evidens sit mutatio.

*Herberger. p. m. 16. Cardiopliet. part. 1. Adv. II.* *Um* *Sirs* *mament* *wird* *man* *gewahr* *werden* / *daß* *sich* *der* *Himmel* *Kräfte* *werden* *bewegen* / *wie* *denn* *igund* *vornehime* *Astronomi* *berich-* *ten* / *es* *gehe* *der* *Welt* *wie* *einem* *alten* *buckelrückigten* / *puckeligen* *Manne* / *der* *gar* *zusammen* *wachsen* *wil.* *Denn* *der* *Himmel* *sey* *(in* *bewuster* *Zeit)* *ingeschrumpelt* *mehr* *als* *in* *die* *sechs* *un* *zwan-* *zig* *tausend* *Meilweges* / *den* *Künstlern* / *die* *aus* *ihrer* *Kunst* *re-* *den* / *muß* *man* *billich* *zuhören.* *Aber* *sehens* *doch* *unsere* *Dorff-Leute* / *daß* *eine* *merckliche* *Veränderung* *in* *der* *Natur* *geschehen* *sey* ; *Keine* *Bauer* / *Regel* *wil* *mehr* *gelten* / *es* *ist* *alles* *aus-*

aus einander gerencfet / dein Herge solls mercken / das grosse Welt-Haus wird so lange knacken / bis es endlich wird brechen / und in Hauffen fallen.

*Scaliger p. m. 342. Exercit. 99. §. 2.* Ea verò pertinet ad eum calorem, qui non ad orientem referatur, sed sub æquinoctiali sit. Etenim sub eò circulo habitantes populi, cum duo nunc æstatis habeant tempora, eaq; æqualis temperationis: non æqualis frigoris duas habent hyemes. Sol enim quòd est in *cancro*, nunc [*est enim ejus ἀπύγαρον*] longius abest, quàm cum est sub *capricornò*. Hanc inæqualitatem intelligimus in æstates ipsas translatum iri, cum apud illa deducta fuerit sub arietem, aut libram. Longè enim ætiosiore alterum ex adverso augis futuram. Quæ verò nonnulli prodere ausi sunt, Solis corpus longè propius nos esse, quàm quantum ab antiquis scriptum sit, ita ut in ipso deferentis corpulentia locum mutasse videatur, vel ipsa scripta spongiis, vel ipsi autores scuticis sunt castigandi. Quæ verò de umbris horarum circumferuntur, eadem ratione falsa sunt.

*Georg. Berthold. Pontanus à Breutenberg, P. L. Hanov. 1608. in Calendar. Poët. p. m. 34. de S. Lucia:*

Ad saltum pulicis fert *Lucia* lumina Solis,  
Solstitiòq;ve suò clarior ille dies.

*Sol* stare videtur diebus solstitialibus, vel quoad

*S* uam Declinationem,

*O* rtivam amplitudinem,

*L* ongitudinem diei,

*S* ciatericorum illuminationem,

*T* ractum à vertice nostrò,

*I* ncidentium radiorum perpendicularitatem in homines sub tropicis habitantes, qui tunc ἀστυίοι sunt.

*T* enorem crepusculorum,

*I* dentitatem arcus diurni,

*U* mbram meridianam,

*M* eridianam altitudinem.

Fit autem hoc inde, quia *Ecliptica* per aliquot gradus *Tropicum* utrunq; in lineâ rectâ continuè tangit, quod non facit in æquinoctiis transeundo *Æquatorem*,

*Paul. VVarnefrid. lib. 1. de gest. Longobard. c. 5. p. 196. de Scri-*  
*tobinis, circa brumale solstitium, quamvis diei lux adsit, Sol ta-*  
*men ibi non videtur, diesq; minimi, quam usquam alibi, noctes*  
*quoque longiores existunt. Quia scil. quanto magis à sole lon-*  
*gius disceditur, tantò sol ipse terræ vicinior apparet, & umbræ*  
*longiores existunt. Deniq; in Italiâ, sicut & antiqui scripserunt,*  
*circa diem Natalis Dom. novem pedes in umbra stature huma-*  
*næ horâ sextâ metiuntur &c. L. Philipp. Müller, Prof. Mathem.*  
*Lips. Ann. 1621. in ἡμερολογ. c. 2. th. 3. Plinius lib. 18. N.H. c. 16.*  
*Solstitium peragi in octavâ parte Cancrî (stellati putâ idq; ævô*  
*Plinii,) diximus: magnus hic anni cardo: magna res mundi,*  
*in hos usque à brumâ dies creverunt 6. mensibus &c. th. 5. dies*  
*solstitiorum sunt totius anni inæqualissimi, in princip. Cancrî*  
*quidem longissimi septentrionalibus, & brev. merid. gentibus.*  
*At in princ. Capr. brevissimi illis, long. his. Dicitur autem,*  
*longissimus dies in annò sæpenumerò solstitialis κατ' ἐξοχήν:*  
*& brevissimus brumalis & bruma. Lucan. l. 4. Tunc Sol Ledæa*  
*tenebat sidera (geminos) vicina, cum lux altissima (longissima)*  
*cancro est: Nox tum Thessalicas urgebat parva sagittas. (Lo-*  
*quitur autem de septentr. regnis. Et libr. 9. de hyeme Africa.*  
*Tunc cardine summò (princip. cancr.) stat librata dies. Bini di-*  
*es anni ante & post solstitium, quibus nempe Sol versatur in si-*  
*gnis & gradibus (ut Geminus loquitur) κατὰ συζυγίαν ἀλλήλοις,*  
*combinatis invicem, h. e. æquè remotis hinc inde à solstitio, sunt*  
*æquales invicem. Ita & noctes. Tales gradus nobis sunt respe-*  
*ctu solstitii æstivi 20. gr. cancr. & gr. 10. Capr. Hybern. gr. 20.*  
*sag. & 10. capr. &c.) Zeilerus Tom. 2. Epist. 490. p. 625. de Tro-*  
*picò Capr. oder Steinbocks; Zirkel. Id. p. 530. der kürzeste Ar-*  
*tificial; Tag ist/ wenn die Sonne in dem Steinbock ihren Anfang*  
*des Winters/ den 11. 21. des Christmonats/ geschiehet in diesem*  
*45. Jahre.) sub brumâ difficiles esse medicationes. D. Reinesius*  
*de DEO Endovellico, lit. E. 2. a. Joh. Jac. Hainlinus Tub. in Sy-*  
*nops. mathemat. l. 3. c. 5. p. m. 448. Hyems est quarta & ulti-*  
*ma anni pars, à solstitio brumali ad æquinoctium vernalium. Idem*  
*d. l. cap. 4. c. 5. p. m. 461. Initium primi mensis totiusq; anni,*  
*cadit*

cadit in mediam ferè hyemem: quia *solstitium hybernum*, punctum Zodiaci cardinale (in quorum unum initium anni Natura reposuisse videtur,) Itemq; *Novilunium* (quod Cæsarem non negligere voluisse verosimile est,) olim cum hic annus constitueretur, haud procul à Cal. Jan. capite anni nostri abfuit: quod tamen *Solstitium* ob annum justò longiorem hodiè aliquot diebus anticipavit.) id. pag. 301. l. 1. Sphær. o. cancri & o. capr. dicuntur puncta tropica & solstitialia, prius quidem æstivum, posterius hybernum sive brumale: quia Sol in illis constitutus quasi pedem figit, & vel à nobis discedere, vel ad nos reverti incipit; quod fit circa 11. & 12. Jun. & 11. & 12. Decemb.) *Nicod. Frischlin.* in Astronom. l. 5. p. m. 409. Posteri initium anni capiebant à solst. hyb. contra morem Græcorum, qui à solst. æst. inchoabant annum, unde Ovid.

Bruma novi prima est, veterisq; novissima  
Solis:

Principium capiunt Phoebus & annus  
idem.

Nam tunc Sol incipit ad nos reverti: Incidebat autem *bruma* tempore Numæ in Calend. Januarii. Sed tempore Julii Cæs. propter motum stellarum fixarum, accidit idem solst. d. 25. Decembr. hodiè fit ad 13. diem ejusdem mensis. Idem p. 93. *Bruma* est tempus seu dies anni, quem Sol describit suò motò in princip. Capric. omnium dierum totius anni dies brevissimus sic dictus, quasi *βραχὺ ἡμῶν*, Macrobi. l. 1. Saturn. c. 21. Hæc dies tempore Julii Cæsaris incidebat in 8. Calend. Januar. id est, 25. diem Dec. teste Plin. l. 18. c. 25. hodiè incidit in Idus Decembr. hoc est, ad 11. & 12. diem ejusd. Mensis. At secundum correctionem Romanam nunc incidit in 23. Decemb. *Gerh. Johan. Vossius* in Etymol. Rom. fol. 78. *Bromosa*, id est immunda, graveolentia, ab *exbromare*, pro emendare, sive purgare, apud Cœl. Apri- cium, rei rust. Scriptorem, à *βρομώδης*, i. e. virosa & gravis odoris.

*Bruma*, ἡ χειμῶν τρέπη, unde ejus dies, ut Ovid. 1. Fastor. novi prima est, veterisq; novissima Solis. Nobis igitur ac Rom. est initium hyemis: uti Græcis media hyems: Nam Græcis solstitium & bruma non inchoant æstivum & hibernum tempus, sed dividunt in partes æquales, quod indicat Galenus in Hippocr. principium Epidemicorum, p. 164. edit. Ald. *Etymol. Bruma*: Varro l. 5. L. L. & Festus, eam à *brevitate dierum* appellari ajunt, sed hoc non omnes similiter interpretantur. Sunt enim, qui *bruma* κατὰ συκοπῆν, (1) ex *brevissima*, factum putent. Aliis placet, abjectō ρ fieri (2) ἐβραχὴ ἡμῶν, i. e. brevis dies: quam originationem quoque amplexus Macrobius, lib. 1. Saturn. c. 21. Isid. l. 5. c. 35. & Cæsar Scal. c. 19. l. 1. de caus. L. L. Alterum, quoque Etymon dictō locō refert Isid. ut sit (3) à βραχί, cibus; quia brumæ tempore sumus voraciores. Atque hinc, inquit, imbrumati dicuntur, quibus fastidium est ciborum. His accedat sententia Tzetzi in Hes. ἐργ. β. & Jos. Scal. in conject. nec non in not. ad initia, sive Hymnos Orphei. Hi volunt, *bruma* esse (4) à βραμῶ, quomodo Dionysium, s. Bacchum vocari docent. Est autem βραμῶ ἐβρόμι. Ratio, cur *bruma* à Bacchō nomen esse volunt, obscura esse nequit, quandoquidem id circiter tempus incidunt Bacchanalia, & alioqui Decembri genio indulgeri solet. Ovid. Acceptus geniis illa December habet. Sed sententia hæc magis placeret, si ipse brumæ dies Baccho sacer foret. Quod quia non est, maximè placet, quod ex Varrone & Festō diximus, sic à brevitate nominari: & quidem origine Latina. Nempe ut ab exteris, dicimus exterior, inde esset *exterrimus*, pro quo dicimus extremus & extimus: ut item à superus, superior, sit *superrimus*, pro quo dicimus supremus & summus: sic à brevis, brevior, *brevissimus*, sit brevimus, brevima, breuma, *bruma*. Cui etiam similia à ceterior, citimus; à posterior, postumus: At à *bruma* sunt *brumalia*. Etymologus: Βραμάλιον τῶν τὸ ἐξ ἀλλοτρίων βραμάτων τρέφει ἄλις. ἔστι δὲ λέξις ῥωμαϊκὴ. Si Romana est dictio, ut fatetur, quid insulsius, quam conflatum dicere ex βραμα, & ἄλις, quia de alienō tum affatim homines satientur? omninò autem est simplex derivatum.)

Mar-

*Martin. Martinius in Lexic. Philol.* Bromus, βρόμος, (βρόμος) avena, à βρώμα, cibus. Plin. l. 18. c. 17. Bromosus, à βρόμος, fœtor, ) *Brumalia* Cæl. Rhod. ant. lect. l. 15. c. 25. *brumalia* vocant Rom. à quibus Bacchum appellari *Brumam* novimus. βρόμιος, Bacchus. Etym. ducit à βρόμος, fremitus. Svidas à βροά. Sed si *brumæ* prius etymon sequamur: possunt etiam *brumalia* dici, quæ in *brumam* incidunt. *Brumalia* sunt sublata Synodo, habitâ in Trullô can. 62. vide plura apud Marcell. Donat. in Sveton. c. 34. Si quid exoticum petitur, βάρ est parvum: de quô in *brevis*, & בר יום est puritas dici, tranquillitas, circa illud sunt halcyonia, Plin. l. 2. c. 47. *Bruma* est aliquibus anni initium, Scalig. l. 2. de emend. veteres Græci à *bruma*, ut cognoscimus ex octaeteridibus Cleostrati & Harpali, tempora sua ordiebantur, & eos sequuti Rom. quòd facilius à decrementis umbræ horas observarent, *brumæ* confectô die, quàm ab incrementis, solstitio. Quare omnia horologia Græcorum semper ad rationes *brumæ* referebantur, ut & Romana: donec primus omnium Meton noster à capite anni populari, aut potius ab ejus epochâ, horologium describere instituit, hoc est, à Solstitiô: unde ipsum organon ἡλιοτρόπιον vocarunt Græci, à solstitii observatione.

R. Dodoneus Tom. 2. Histor. stirp. c. 17. fol. 69. vocat pedem Leöninum seu Leöntopetalem (*Brumariam*) de multis confectariis ex Geometricis principiis, consule Weigel. Prof. Jen. in Sphær. Evelid.) Diecula per anagr. de Luciâ: Quisnam est dies anni LongIssIMVs? resp. per gematrijam solstItIVM.



9X 7m 694

VARIANDA.

Lege lit. B. 1. a Thes. 13. locô F. *Fronde* revirescere. Ca-  
merar. p. 446. centur. 1. c. 95. hor. subc. Confer hâc lit. D. 1 a.  
Locô H. *Halcyones* tunc medium tempus foeturæ impendisse.  
Locô O. *Oceanum* incipere decrefcere. vid. lit. D. 4. a. Locô  
S. Spectari virorem herbarum quarundam, Camer. d. 1. ut Hel-  
lebori seu Veratri. vid. lit. D. 3. a. ex Peucerô. & lit. D. 1. a.  
Quamquam res dicti temporis diversi solstit. etiam ratae esse pos-  
sint, seu quadrare in *brumam*, per ea, quæ leguntur lit. C. a. b.  
ex Herrenscheid / post initium. Lege lit. B. 3. a. ημαρ, pro  
ειμαρ, in tit. SaLstltII DeCeMbrIs. B. 4. b. βρομωδης. Men-  
das reliqvas typograph. per absentiam autoris subnatas le-  
ctor ipse demat.

F I N I S.




WBA

MC







sequetur alius Tractatus exoptatisfi-  
co-Historico-Physicus,  
**S POLARIS USUS**  
TUPLEX,  
ad Poli mutabilitatem; dilucidans  
mirabilia opera Numinis.

*Item:*

**ICIO BARBAROSSÆ**  
OLANDO.

dum complectens, quæ hætenus pro-  
unt de hæc materiâ: cum destru-  
ex Historicis & arcanis  
incipiis.

*Item:*

Walben Winter-Quartier.  
tar., ad Jer. 8. v. 7.

